 ser/poy prizer/cōtēner/tenir/ou auoir po²
 bil. Paruifactus. a. ū. poy prizer/cōtemne
 despriue. i. puipensus/bilipensus.

Paruipendo. is. di. sū. a puo et pendo dē/
 paruipendere. i. parum appreciari/cōtem-
 nere/nullius pōderis vel valoris extimare
 pap̄. dicit/puipendere est cōtēptu animi ali-
 quid despice. Et nota qz puipēdo/bilipēdo
 floccipendo/naucipendo/nichilipendo. idē
 significant. et sunt actiua. Paruipendēs.
 entis. poy prizer/despriat. pap̄. dicit/pui-
 pendens. i. neglectum habens. Paruipēsus
 a. ū. despriue/cōtēne.

Parum/paruū sincopā scdm̄ qd̄ debet poi-
 aduerbi. poy peu. Parūper paulisper exi-
 guū. et dicitur parū pro puū. vñ priscian⁹
 cū deberet exemplificare qz nomē poitur lo-
 co aduerbi: exemplificat de parum/non qz
 velit parū esse nomen: sed qz parū obtinet
 locū illius nois paruū scdm̄ qd̄ debet poni
 aduerbialiter/qz si nō ponēt sic: pcul dubio
 nomē loco aduerbi/tūc poneret. pap̄. dicit
 parum. i. modice. petitement. Parū cōpo²
 cum/per/ut parūper aduer. i. valde parū.
 monlt poy. pap̄. dicit/parūper. i. modicū
 valde parum. iuuenit etiā Parūante/sed po-
 tius sūt due ptes aduerbi. vng poy deuāt
 Parūculus. li. i. parua nauis pirataz. et z
 dimi. de paro. onis. vide in paro.

Paru⁹. a. ū. a pur⁹ diriuat. et opat/ puioz
 puissim⁹. tñ coiter dē qz irregulariter cōpat
 sic. paruus minor mim⁹. et dicitur paruus
 quasi parū valens. ethimologia est. petit.
 pap̄. dicit. i. pusill⁹/exigu⁹/modic⁹. Par-
 ue aduerbi. petitement/peu. comparatur
 parui⁹/issime. Paruitas. tis. petitesse. Par

uum aduerbium. i. parum. peu/ poy. Par-
 uulus. la. sū. diminutiū de paruus. petit
 Paru⁹ cōponitur Paruipendo. dis. et pur-
 facio. cis. i. parum appreciari/bilipēdere.
 Pascha. e. n/ge/interpretatur transit⁹ tūc
 enim dominus noster a morte ad vitam. et
 de mundo ad patrem trāsit. Pascha enim
 fuit qñ iudei egyptū exeuntes: mare rubzū
 transierunt. Et nota qz pascha irregularit̄
 declinatur scdm̄ gen⁹/vel scdm̄ declia-
 tionē/cū enī sit prime decliationis in/a/ desi-
 nēs/non deberet esse neutri generis. Item
 cum sit neutri gñis: nō debēt esse prime de-
 clinationis cum desinat in/a/ Ergo debēt
 regulariter declinari hoc pascha. atis. vel
 hęc pascha. sche. Sed modo declinatur cō-
 tra regulam hoc pascha. pasche. Sed forte
 est hebreica declinatio. vñde paschalis et hoc
 le. de pasques. Paschaliter aduerbium. pas-
 challement. Pascho. as. atū. i. pascha cele-
 brare. Pascha etiam vsualiter accipitur p
 resurrectione chzisti. Pascha ad multa est
 equiuocum. Nam vespera in qua debebat
 comedi agn⁹ z incipiebat festiuitas: diceba-
 tur pascha. et sic accipitur Mathi. xxvi⁹.
 cap⁹. scitis quia post biduum pascha fiet.
 Pascha etiam dicitur agnus ille qui tunc
 immolabatur. Luce. xi. cap⁹. venit autem
 dies azimorum in qua necesse erat occidi pa-
 scha / et etiam illud vbi/bis tibi paremus
 comedere pascha. Item pascha dicebatur
 prima dies azimorum post immolationem
 agni. vñde Johannis. xiii⁹. Ante diem fe-
 stum pasche/et Luce. xxii⁹. capitulo. Ap-
 propinquabat dies. festus azimorum qui dicit⁹
 pascha. Item panes azimi qui comedebant
 in illis diebus etiam dicebantur pascha. Jo-
 hannis. xviii⁹. Nō introierunt in pretoriū
 ne contamiarentur sed comederent pascha.
 .i. panes paschales. Et pascha sumitur p
 illis septem diebus quibus comedebantur
 panes azimi. actuum. xii. Volens post pa-
 scha producere cum populo.

Pascilis. lis. masculini generis. a pasco.
 is. diriuatur. i. animal/vel auis que in ma-
 nu pascitur/et corripitur. beste/ou opsel q
 on pait a la main.

Pasco. is. pau. pasce. pastū. i. dare pastū
 pastre/dōner pasture a pasturer. pap̄. ait/
 pascit/alit/nutrit/sultētat. Pastoz pascit
 L. iiii.

oues. i. dat paltum ouibus / po² etiam qñqz
 pro depasce. vt ouis pauit pratū. i. depauit
 et corrosit. Pascens. tis. pascant / ou don-
 nant palture. Paltus. a. ū. peu / qui a men-
 gie. et cōponitur Impaltus. a. ū. i. ieiunus
 Paltio. onis. Paltus. tus. tui. palture.
 Pasco componitur. Depasco. cis. depauit
 .i. valde pascere et corrodere / et sūt actiua
 Et nota qz passiuū istius verbi / exigit actiū
 quia in eo intelligitur relata actio ad il-
 lud cui verbū illud attribuitur / vt capra
 pascitur siluas. i. pascendo corrodit.
 Pascua. e. a pasco. is. diriuatur. palture.
 vñ i psal^o. In loco pascue ibi me colocauit
 Sed in plurali est neutri generis / scilz hec
 pascua pascuoz. vñ zechiel. xxxiii^o scribit
 nonne vobis satis erat pascua bona de /
 pascis / Item inuenitur in genere feminino /
 scilicet he pascue / arū. vnde idem ppheta i
 eodē capitulo. insup et reliqas pascuarum
 veltroz cōculcastis p^o dibus veltroz. Itē in
 eodē capitulo / in mōtibz excellis israel erūt
 pascue earū. et sic z etheroclitum. et declina-
 tur hec pascua. e. Et pluraliter hec pascua
 pascuozum. vel he pascue. pascuarum. Pa-
 scualis et hoc. le. de palture. i. de pascua exi-
 stens / vel ad pascuā pertinēs. Pascuosus.
 a. ū. plenus pascua. et comparatur. Pascu-
 ositas. tis. abundance de palture. Pascuus
 a. ū. cōuenable a palture. vt dī ager pascu^o
 .i. qui aptus est pascuis. pap. dicit / pascu^o
 ager est qui i herbis tm̄ aialibus vacat.
 champ a paltre / pre. et componitur Cōpa-
 scu^o. a. ū. i. cōis ad pascuā vel ad pascēdū
 Paltill^o. li. pu^o pal^o vncarū pauchō / palis
 Paltler. eris. a pu^o dī / quia puus est / vel dī
 a patiēdo libidinē qz petulcū. i. luxuriosum
 est aial. vng oysel petit / moisson. in Paltler
 cul^o. li. dimi. paru^o paltler. Paltlerin^o. a. ū
 de moisson. Paltlerin^o. ni. i. filius paltleris
 Paltibilis et hoc. le. a patioz. eris. diriuat
 souffrable / qui peult / ou qui est conuenable
 pour souffrir. et comparatur. Paltibiliter
 aduerbiū. souffrablemēt. comparat. Palti-
 bilitas. tis. souffrablete. Paltibilis et hoc
 le. qz pōmīt Impaltibilis et hoc. le. et etiā
 cōparatur. vñ ipaltibiliter / et ipaltibilitas
 Paltum aduerbiū. i. vbiqz. tout par tout
 cōmumter. en chacū lieu. a palt^o vel pateo.
 es. dicit. Et dicit papias / passim / dispersi /

inozdiate / cōfufe / disperse / sine modo / huc z
 illuc / vbiqz.

Paltio. onis. a patioz. eris. souffrance / pas-
 sion. Paltuncula. le. diminutiuum. Paltio-
 ono. as. Paltionatus. ta. tum.

Paltionarium. rii. est liber continens pas-
 siones sanctorum / vel passiones. i. morbos
 passionaire / vng liure.

Paltiuus. ua. um. a patioz. eris. dicitur.
 souffrant / paltis / qui seuffre. verbum paltiu-
 uum z quod desinit in oz / descēdēs ab acti-
 uo per assumptionē de / z vt amo. amas. ad
 dita / z fit amoz. amaris. Paltie aduerbiū
 paltionnemēt / paltiuement / ou souffrāmēt

Paltus. a. ū. a pateo. es. dicitur / nomen et
 participium. i. sparsus / diffusus / patens /
 expansus / extensus. es pars / estendu / appa-
 rent / manifeste. papias dicit / paltus / spars^o
 expansus / palt^o / crimine solutus. Paltus.
 sus. sui. verbale quia pateat in itinere. pas
 de pic quant on va. Paltutus. a. um. i. ma-
 gnos habens paltus. qui a grans pas. Itē
 paltus. a. um. a patioz. eris. paltissum. q
 souffrit / ou qui a souffert. vt dicitur paltus
 est. et est participium pteriti temporis de
 patioz. eris. papias dicit / paltus. i. per pē-
 sus / sustinens. Paltus. a. um. a pando. dis.
 dicitur. i. extensus / manifestus / dictus / ex-
 positus. vide in pando. pandis. Et scias
 qz paltum est supinum triū verborum vt di-
 ctum est. scilicet pando / pateo / patioz. Et
 sic paltus. a. um. a quolibet supradictorum
 supinozum in diuersis significationibus de-
 scendere potest.

Paltillus. a pasco. cis. dicitur hec palt.
 palt. et hic Paltus. tus. tui. vt in pasco.
 paltis. dicitur. vnde Paltillus. li. dimini-
 tiuum. i. quidam paruus paltus / ex paltā
 vbi piscis / vel caro / vel alius cibus includi-
 tur. palt. Paltillulus. li. diminutiuum.
 petit palt. Paltillarius. rii. paltichier q
 fait paltis. Paltillaria. rie. paltichiere. et
 adiectiue declinari potest.

Paltinaca. ce. a pasco vel palt^o dī. z qdā
 herba sic dētā qz ei^o radix sit paupt^o palt^o
 hominis. pauaise. inde Paltinaceus. a. ū.
 Paltino. as. aui. are. atum. a pasco. cis.
 vel a paltus dicitur. i. colere / plantare / fo-
 dcre / et proprie pertinet vineis plantandis
 pour vignier vignes / ou coucher branches

en terre pour renoueller / ou reuerdir.
Pastinatus. a. ū. pouruigne. **Pastinatio**.
 onis. **Pastinatum**. ti. vinea nouella. pour
 uing. **Pastinatus** etiā vocatur agricole fer
 ramentū bifurcū cū quo semia aptantur et
 ifodiūt. **Pastino** cōpo? **Repastino**. as. itez
 pastiare / prozie quidā repastari dicuntur
 vinee veteres que refodiuntur. et corripit
 it / et sunt actiua.
Pastozozii. ii. grece. i. pua cellula latine
 thalam⁹ dē / bel atrii templi / bel gazophy
 laciū / bel puū sacrariū ante templum. Et
 videtur dici pastozozii quasi postozozium
 quia foris sit positū. glosa super primo ma
 chabeoz. x^o ca^o dicit / pastozozia grece dicit
 thalami / bel cubicula i quibz leuite excuba
 bāt i atris dom⁹ dñi / quozū ymnozatio
 fit in vltima visione daniel' pphete. In hi
 stozis super secūdo regū. ix^o ca^o. dē / i poz
 tibus laterū erant pastozozia. i. loca sepa
 rata ad cōedendum in quibz sacrificantes
 de partibus sacrificiozū q̄ contingebant ve
 scebantur corā dño. Itē scias q̄ pastozozia
 Amos p^o. dicuntur loca pastoz / pascēdis
 aialibus apta. sepius tñ legit̄ ibi pastozalia
 et credo quod verius.
Pastoz. ozis. a pascō. cis. dicitur. i. opilio
 custos ouiu / qui pascit oues / qui dat pastū
 ombus. secūdo papiam. pasteur qui gar
 de ouailles. in **Pastozculus**. li. diminutiū
 pasteur. idem. **Pastozius**. a. ū. de pasteur
 i **Pastozicus**. ca. cum. idem. **Pastozalis** et
 hoc. le. idem. et in eodem sensu dicunt̄ illa
 tria / scilz **pastoz⁹** / **pastozicus** / et **pastozalis**
Pastozaliter aduerbiū. **Pastozalia** etiam
 dicuntur loca pastozum pascendis aialibz
 apta / amos. p^o. cap^o. **Pastozatus**. tus. tui.
 .i. officii / v^l dignitas pastoz v^l prelatoz
Pastozicia. cie. scdm papē. est caula pastoz
 cubile. logette / cauerne a pasteur. et dicit̄
 a pastoz. stozis.
Pastos grece. dicitur spaciū latine.
Patagiarius. rii. i. ianitoz qui ianuā facit
 patere.
Patagium. gii. a pateo. dicitur. i. gula ad
 sūmū tunice / v^l mātelli assuta. collet / gueul
 le de abit. **Patagium**. etiam dicitur palliū
 auro purpura qz variatū. mātēl ouure doz
Patefacio. factis. feci. factum. a pateo. es.
 et facio componitur. i. facere / patere / bel

patens. papias dicit / patefecit aperuit.
 ouurir / demonstrer / faire estre manifeste.
Patefio. fis. factusū. bel fin. estre ouuert
 estre demonstre / ou manifeste. **Patefactus**.
 a. um. i. apertus / manifestatus. ouuert.
Patella. le. secundum papiam dicitur qua
 si patula dimi. de patina. vide ipatina.
Patena. ne. a pateo. es. dicitur. penultima
 producta / operculum calicis quia sit patēs
 et diffusa. platine / cōme de calice.
Patenua. le. diminutiū idem. i. parua
 patena. petite platine.
Pateo. es. patui. patere. assum. i. aperiri
 videri manifestari / manifestum esse bel dis
 fundi / et dicitur patet quasi pro palā tenet
 et est etymologia. apparoir / estre ouuert /
 manifeste / ou large / et espars. papē. dicit / pa
 tere. i. apertum esse / patet. i. apertū est / ma
 nifestum est / patet ianua / aperta est ianua.
Patens. entis. ouuert / ou aparant / apparif
 sant / ou manifeste / ou large. et comparatur
 patentior. tissimus. **Patens** etiam dicitur
 quod ad hozam patet i ad hozam non patet
 sed occultatur vt oculi / bel hostium. papē.
 dicit / patens est quod aperit et clauditur.
 vt hostium bel oculi. Sed patulum quod
 naturaliter semper patet vt nares / arbor.
 Item patentibus. i. apertis. Item patētes
 campos / latos campos. **Patenter** aduerbiū
 apparant / manifestement. comparat.
Patentia. tie. apparifance. **Patesco**. cis.
 inchoatiū de pateo. es. commencher a
 a apparoir / commencher a estre manifeste.
Pater. patris. greci dicunt patir. pere.
 .i. genitoz. **Pater** autem dicitur est eo q̄
 patratione peracta filium procreat. patra
 tio enim est rei veneree consumatio. **pater**
 est a quo initium nascitur gñis. Et dicitur
 etiā pater multis aliis modis. **pater** enī dē
 natura / scilicet pater naturalis qui generat
 Item pater similitudine cure qui talem cu
 ram ipēdit alteri qualē pater filio. Itē pa
 ter formalis bel doctrinalis dicitur magi
 ster qui inozmat et instruit et erudit disci
 pulum moibus bonis et disciplinis. Item
 pater dicitur etate senex. tales enī patres
 appellare solemus. Item pater reuerentia
 et dignitate dicitur ille quē reueremur. nā
 cui reuerentiā et honozem impendimus se
 pē vocare patrem solemus.

Paterculus. li. diminutiuum. paru⁹ pater
petit pere. **Paternus**. na. ū. de pere/pater-
nel. **Paterner** aduerbiū paternellement.
Paternitas. tatis. paternite. amor patris
amour de pere. **Paternalis** et hoc. le. i. pa-
ternus. **Paternaliter** aduer. i. paterner.
Paternalitas. tis. i. paternitas. **Patrius**.
a. ū. de pere. vide in patria. **Pater** cōpo²
cū hoc g^o greco familias et acutur i fine
et dicitur hic pater familias/sic declinat. **Pater**
familias/huius patris familias. et dī
quia omnibus in familia sua positus tā suis
q̄ filiis pater pari deuotione consulit. se/
gneur dostel/bon pere amant et conseillant
sa famille.

Patera. e. a pateo. es. dicitur. i. magnus
et patens ciph⁹. et cor. pe. grand hanap et
large. in quo potare solemus.

Pateo. scis. inchoatiuum de pateo. es. i
pateo dicitur. dicit pap. patefuit. i. aperuit
manifestantur/deteguntur.

Patibulum. li. a patioz. eris. i. tormentū
et proprie furca quasi ferens caput/et est pa-
tibulum minor pena q̄ crucis/qz patibulū
stati exanimat appetum / sed trux affixos
diu cruciat. et corripit/bu. fourches/gibet
ou on pent larrons.

Paticus. ca. cū. i. sodomita. a patioz. eris
inhonesta et turpia patiens. pap. dicit/pa-
tici patientes libidine. et corripit/ti.

Patiens. entis. participiū de patioz/eris.
et potest esse nomen/et scdm hoc comparat
tioz/tissimus/souffrant/patient. quando z
participiū regit accusatiuū casum / quādo
est nomen: cōstruitur cum genitiuo. **Patienter**
aduerbiū. souffranment/passianment.
Patientia. tie. souffrāce/patiēce. et z patiē-
tia aī vigor aduersitates fortune i verborū
asperitates equanimiter ferens. proprie tñ
patientia corporis est / tolerantia vero aī/
patiens componitur **Impatiens**. i. non pa-
tiens sine freno. et comparatur. vnde ipa-
tienter et impatientia.

Patiginari⁹. ru. a pateo dicitur. i. ianitor
qui ianuā facit patere. pozier.

Patina. ne. a pateo dicitur. i. sartago/vel
scutella/quia sit patēs. et cor. penultima.
paelle/ou escuelle. **Patella**. e. diminutiū.
petite paelle/ou escuelle. **Patinarius**. a. ū.
ad patinā pertinens vel in patina coctus.

de paelle/ou cuit en paelle. **Patinarius**.
rii. etiam dī qui facit patinas q̄ fait paelles
Patinula. le. dim. petite paelle. pua patella
Patioz. eris. passū. a patos grece. qd̄ latic
dicitur defectus vel passio diriuatur. scd̄z
pap. pati. i. sustine/ tolerare. souffrir/ēdu-
rer. et cōponitur a patioz. eris. perpetioz/
eris. perpeussū. omia sūt deponentia. et
corripitur/pa.

Patre⁹. trei. a pater dī. i. vitric⁹. paratre
Patrialter. stri. pro eodem dicitur. et etiā
dī hic patn⁹. ni. p eod̄/ultra tria id̄ significāt
Patria. e. a patre diriuatur. inde **Patrius**
a. um. de pere. i. paternus/et hec patria. e.
quia cois sit omibz qui nati sunt i ea / pprie
tamen patria est ciuitas/vel pagus in quo
quis nascitur/licet quando qz ponatur pro
regione vel pronicia. pais. **Patrius** honoz
.i. honoz patris vel patrie. et sic **Patrius**.
a. ū. de pere/ou du pais. **Patrialis** et hoc
le. de pais. **Patria** componitur **Repatrio**.
as. i. ad patriam remeare/redire. Item hic
et hec cōpatriota. te. i. vni⁹ et eiusdē prie
Patriarcha. che. a pater et archos p̄iceps
componitur. i. sumus et p̄inceps patrum
quia primū hoc est apostolicū retinet locū
sicut rōanus/anthiochen⁹/alexādin⁹/pape
Miter tamen et cōter sic dicunt quidā/pa-
triarche sunt minores papa/et maiores me-
tropolitanis. Et sunt quattuoz principales
Constantinopolitanus / alexādinus/anthi-
ochen⁹/et hierosolimitan⁹. patriarches/et
sont plus grans que cardinaulx. **Patriar-**
chatus. tus. tui. i. eius dignitas / vel eius
districtus. p̄iarche/sa dignite/ou pays.

Patriarchalis et hoc. le. de patriarche.
Patriciani sunt quidam heretici a quodam
patricio dicti. qui substantiam humane car-
nis a dyabolo conditam dicunt.

Patricida. de. a pater et cedo. dis. cecidi.
componitur. i. qui vel que cedit. i. occidit
patrem. qui tue et occist son pere. et produ-
cit penultimam. inde **Patricidalis** i hoc. le.
de tueur de pere. ad patricidā pertinens.

Patricidiū. ii. occisiō de pere. occisiō p̄is-
Patricius. a. ū. a pater diriuatur. i. nobi-
lis de genere patrum natus. noble de par-
le pere. vel patrici dicuntur qui prouidēt
reipublice sicut pater filio. pap. dicit/patri-
cii et senatores antique familie. **Patricius**

preses/tribunus/prefectus.

Patric⁹. a. ū. i. patern⁹. paternel de pere. et corripitur/tri.

Patrimis. mis. i. puer superstes defuncto patre/bel dicitur puer patri similis. et componitur a patre et imitoz. aris. in Patrimis quasi patrem imitans.

Patrimonium. nii. dicitur hereditas patris. et diriuatur a patre. primoine/hereditage/de pere. Patrimonialis et hoc. le. primoine.

Patrimus. mi. a pater dicitur pe. pro duc. .i. ille qui cum sit pater habet auum viuū.

Patrinus. ni. a pater dicitur. i. ille qui leuat aliquē de sacro fonte. parrain. et pro dicitur

Patrinus. ni. etiam dicitur vitric⁹. parrastre. Patrina. ne. i. matrina. marraine.

Patripassiani sunt quidam heretici qui dicunt deum patrē fuisse passum. Unde dicit beatus augu. Erubescant sabelliani q̄ dicunt ipsum patrem esse qui est filius/confidentes personas. qui et dicti sunt patripassiani quia dicitur patrē fuisse passū. et pro. pe.

Patrizo. as. i. p̄ri assimilari/patrē imitari in dictis/bel in factis/et dicitur a pater. etre semblable a son pere/ou lēsuiur en dis/ou en fais. sicut a mater dicitur matrizo. zas.

Patro. as. aui. a tum. a pater. i. facere/perficere/bel cōmittē/bel generare. faire par/faire/ou cōmettre/ou engendrer. dicit enim seruius q̄ patrare est opus venereum cōsummare. vnde hec patratio est operis venerei cōsumatio/et hinc volunt aliqui dici patrē quia patratiōne operis venerei filium procreat. Patratus. ta. tum. i. explicit⁹/peractus. parfait. Patro. as. cōponitur Repatro. as. Itē cū/im/bt Impetro. as. et Perpetro. as. et tunc mutatur/a/in/e. Patro. as. cum suis oppositis est actiuum. et habet primam naturaliter breuem.

Patrocinoz. aris. atullum. ari. a patron⁹ diriuatur. i. defendere auxiliari/adiuuare astipulari/suffragari/presulari/opitulari/tutari/admiculari. et conuertitur cum dicitur defendere. papias dicit patrocinari. i. causā defendere/agere/adesse/assistere/obsecū dare/protegere. Patrocinanter aduerbiū. i. auxilianter. Patrocিনatus. ta. tū. aidiē/defendu. participium/bel nomen. Patrociniū nii. i. defensio/tutela/opiciū/opitulamē/sufragium/presidium/astipulamē.

Patronomicus. ca. cū. a pater et noma qd̄ est nomen componitur. i. a patribus extractus/bel de patria natus. et est diriuatum a nomine patris. et corripit⁹/mi/bt si dicas tides. i. tydei filius. et sic de aliis.

Patronus. ni. a pater diriuat. i. defensor qui talem affectum cliētibus/bel aliis exhibet: bt quasi pater illos regat. patron/defendeur. et pro dicitur/tro/pap. dicitur/patronus. .i. auctor/defensor/causidicus/aduocatus/Patrona. ne. patrōne. Patronissa. e. idē. Prōnat⁹. tus. tui. patrōnage. defētio.

Patruelis et hoc. le. a patru⁹ dicitur. i. ad patruū pertinens. de oncle de par pere. et producitur/e. etiam dicitur fili⁹/bel filia patruī cousins/ou cousines germains/enfans des deux freres. filii/bel filie duorum fratrum sunt patruelis inter se. et est cōmunis gñis patruelis sūt dicti eo qd̄ p̄es eozū germai fuerunt fratres iter se/q̄ et fratruelles dicitur Cōsobrini vero vocati sunt/qui aut ex sorore et fratre/aut ex duobus sororibus sunt nati/quasi cōsorini. cousins germains/filz des deux seurs.

Patru⁹. ui. a pater dicitur. i. frater patris quasi alius pater. oncle/frere de pere.

Patulus. a. ū. a pateo. es. dicitur. pe. cor. .i. diffus⁹/apertus/patens. sed proprie Patulū est quod semper patet. bt auris/nasus naris/arboz et silua/sed patens est quod ad horam patet: et ad horam nō patet sed occultatur bt ocul⁹/hostium. large/espate/patu ouuert. et papias dicit patulus. i. amplus diffusus/latus/expansus. vide in patens in pateo. es. Patulus componitur Propatulus. i. valde patulus et apertus. Patule aduerbium. i. in aperto.

Paucedo. dimis. a pauc⁹ dicit. i. paucitas petitesse. et proprie i numero. Paucitudo. imis. idem. Pauciloquus. a. ū. poy parlāt et cōponitur a paucus et loquoz quasi pauca loquens. Pauciloquiū. qui. i. parua locutio. poy de parole.

Paucus. ca. cum. dicit respectu multi/bt multi homines/pauci hoies. et cōparatur/paucioz/similis. poy/petit en nombre. sicut dicit pauci hoies/bel pauci numero. pap. dicit/pauci/numero breui/bel modico. pap. itez dicit/pauca loquoz. i. parua dicam. poy de choses. Pauce aduerbium. petitemēt. pap.

Pauculo. aduerbium. idem. Paucitas. tis
 petit esse en nombre. Pauculus. la. lum. i.
 paruus paucus. Pauciens. entis. i. pauc⁹
 rarus/omnis generis. et etiam nominatiu⁹
 quandoq; ponitur aduerbialiter pro raro
 Paucus componitur Per paucus. a. um. ⁊
 Quāpaucus. ca. cū. i. valde paucus.
 Pauefacio. cis. ci. actū. apauo. es. et fa-
 cio. is. componitur. i. facere pauere. faire
 paour/espouanter. terrē/terrificare.
 Pauesio. is. factū. fieri. estre espouāte.
 Pauefactus. a. ū. espouante/espuri.
 Pauo. es. ui. neutrum est/et caret supino
 et dicitur a pauoz. ozis. pauere. i. timere/
 pauozem habere. papias dicit/pauet/beret
 metuit/timet/trepidat /formidat /horret/
 tremiscit/refugit/terretur. inde. Pauesco.
 is. inchoatiuum. cōmencher auoir paour.
 Pauo. es. componitur Expauo. es. vnde
 Expauesco. cis. inchoatiuum/pauo. es. ⁊
 neutrum cum omnibus suis compositis/et
 facit preteritum in/ui/syllaba. et coz. pa.
 Paui pausti est preteritum de pauo. et de
 pasco. pascis.
 Pauia. e. a pauio. is. dicitur hec pauia. e.
 et hec pauia. e. i. quoddam gen⁹ oliue quā
 corrupte rustici pauia vocant/ viridi oleo
 et suau apta/sic dicta qz pauia. i. tūdatur
 Paudus. a. ū. a pauoz. ozis. paoureulx.
 et comparatur/dioz/dissimus. pauidus est
 qui semper pauet/pauens vero qui ad tps
 pauet ex causa. et coz. penultia. pauidus. i.
 timid⁹/trepid⁹/formidolosus. Pauide ad
 uerbum. paoureusement. et comparatur.
 Pauditas. tis. paureusete/paour. Paud⁹
 componitur Impaudus. a. ū. i. nō pauid⁹
 cōparat. vnde ipauide aduer. ⁊ ipauditas
 Pauimentum. ti. a pauio. is. dī. i. elabo-
 ratum solum ecclesie/bel palati/qz sepe pede
 feritur / bel quia lapidibus minutim cesis
 sit factum. pauiment. inde Pauimentalis
 et hoc. le. ad pauimētum pertinens. de pau-
 uement. Pauimentoten⁹ aduerbiū. iusques
 au pauimēt. Pauimento. as. atū. i. pau-
 imētum facere/bel pauimēto ornare. pauer
 Pauimentatus. ta. tū. i. pauimēto ornat⁹.
 pauē. Panimentatoz. ozis. pauer.
 Pauio. is. iui. ire. itū. i. ferire/percutere/
 cedere. et est actiuum/cum suis compositis
 siqua habet. ferir. inde Pauitis. ta. tum.

Pauito. as. atū. i. frequenter pauere. sou-
 uent auoir paour. i. sepe dubitare. et dicit
 a pauo. es. inde. Pauitās. antis. i. timēs
 pauens/formidans.

Paulatim a paulus. la. lū. dicitur. et pau-
 latine aduerbium. idem. i. sensim/particu-
 latim/pedetentim/minutatim. petit a petit
 papias dicit. i. pticulati/modice/per ptes
 ordinati/gradatum. lente/tarde.

Pauliani quidam heretici a quodam paulo
 exorti/qui dicit xpm non semper fuisse. sed
 a maria sūpsisse iitum.

Paulisper a paulis ablatio de paulus. a. ū
 et/per/componitur. aduerbium. i. parūper
 bel modicum. monlt poꝝ/ou bien poꝝ. papi
 dicit/paulisper/aliquitisper/modicū/parūp
 aliquitū/paululū/balde modicū/perparū.
 Pauloate aduerbiū. scdm papiā. i. puoatū
 bel ante modicum. vng poꝝ deuant/bel sūt
 due dictiones.

Paulominus aduerbiū. i. aliquitulum min⁹
 fere. poꝝ ptes. et est vna dictio/ vt ibi pau-
 lominus cōsumauerūt me in terra. Et ali-
 bi/paulominus habitasset in inferno anima
 mea. et corripitur/mi/et quandoq; sūt due
 dictiones/vt ibi multi eum paulo minus
 ab angelis. i. minus modico. et producitur
 mi/et iterū habeo panē paulomin⁹. i. min⁹
 modico q̄ tu habeas. Itē papias dicit/pau-
 lo minus. vng poꝝ mais. ⁊ sūt due dictōes.
 Paulo pl⁹. vng poꝝ plus. due dictiones.
 Paulo post. i. post modicum. dicit papias
 vng poꝝ apres. due dictiones. vt dicit pau-
 lo post videbo te. i. p⁹ modicū. ⁊ nota q̄ oīa
 ista supradicta sunt due dictiones vt patet.
 et omnia dicit papias.

Paulus. a. ū. i. pu⁹ modic⁹. petit. in Pau-
 lulus. a. ū. dimi. vng petit. idē. Item pau-
 lum et paululū et paulo quis nomina sint /
 tamen quandoq; ponuntur aduerbialiter ⁊
 idem significāt. i. parū /aliquitū / modicū
 vng poꝝ. papias dicit paululum/parū/ nō
 dicum/pusillum/balde minus/modicum.
 Pauo. onis. nomen de sono vocis habet/q̄
 autē dī pauo quasi pauozē velens ore: ethi-
 mologia est/habet eni horribilē vocē. pacn
 vng oꝝfel. et est aus oculatis pēnis. aus
 iuronis dicitur. Pauus. ui. in eodem sēsu
 dicitur. Paua. e. pro femella dicitur. paon-
 nesse. Pauin⁹. a. ū. de paō/ou de paōnesse.

Pauroz. ozis. a pauio. is. quia mentem hois feriat. i. cedat. i. timor. paour/doubte.
Pauper. eris. a parum diriuatur quia parum possit. vnde et quandoq; pauper dicitur quasi parū potēs / vel paz putās / vel parū imperans. et est ethimologia. comparat. paupioz/rimus/poure. Pauper q̄ parū habet / sed inops qui nichil habet. Pauperiter aduerbium. pourement. comparatur. rius rime. Paupertas. tis. pourete. Paupertacula. le. diminutiū. Pauperies. ei. pourete. sed pauperies est damnū / paupertas ipsa conditio. Paupertacula. le. diminutiuum de paupertas. Paupercul⁹. h. diminutiū hōme poure. Paupercula. le. diminutiuum Pauperculus. la. lum. poure. Pauperus. a. ū. i. pauper. Pauper xpo² Perpaup quā pauper. i. balde paup. Itē scias q̄ pauper est cois generis declinatione / sed ois cōstruētōe. vñ potest dici paup homo / paup feia / paup regnū et similiter diues. Paupero. as. atū. a pauper diriuatur. i. esse vel fieri pauperem. estre poure. Pauperasco. cis. cōmenchier estre poure / deuēnir poure. vt dicitur alter pauperascit alter ditescit. Itē pauperare. i. pauperem facere. et tunc est actiuum. apourir / faire poure. pap̄. dicit pauperantur. i. pauperes efficiuntur. Pauperatus. a. ū. apourir / q̄ est fait poure Paupero. as. actiuum componit Depaupero. as. i. balde pauperare / vel a paupertate remouere. et Expaupero. as. in eodem sensu dicitur / et est actiuum cum suis compositis Paulsa. se. a paul⁹. a. ū. dicitur. i. requies quando paululum i termittit labor. pause / repos. inde. Pauso. as. atum. i. requiescē reposer. Pauser. faire pause. Pausatus. a. um. repose. Pausatim aduerbium. par pauses. Pausatio. onis. reposement. Pauso. as. componitur Repauso. as. et sunt actiua Pauus. ui. paon. in pauo dicitur.
Pauxillus. a. ū. paulus facit dimi. paulul⁹ et ex hoc pauxillus / et pauxillulus. la. lū. omnia diminutiua. mōlt petit. Pauxillati aduerbium. vng pox. parū. Pauxillum et pauxillulū quandoq; aduerbialiter ponūt idem. scilicet modicum/perparum.
Pax. cis. a pactum diriuatur. paix. qz posterior pax accipit / sed⁹ primū inī. et dicit pax q̄ preliū arcens. et est ethimologia.

Paxillus. li. genus ferramēti vt dicunt cultrum. et dicitur a palus vinearum. coultre
Item pauxillus. li. etiam dicitur palus. et est diminutiuum de palus. i. paruus palus petit paux / petit pauchon.
Paxiuaciū. cii. panis subcinericus.
Pean a phos quod est lux / dicit⁹ est sol peā peans. et pro laude iuenit. et acuit vltimā.
Pecco. as. re. dicit a pellex quasi pellicare et est neutrum cum omnibus suis cōpositis si qua habet. pecher / faire pechie. pap̄. dicit peccauit. i. temere fecit / lapsus est / deliquit perperā fecit / errauit.
Peccabilis et hoc. le. et cōponitur Impeccabilis et hoc. le. comparantur.
Peccatoz. ozis. i. iniqu⁹ quasi pellicatoz. pecheur. Peccatoz scdm papiam qui praua actione fedat. qui trāsgreditur precepta.
Peccatrix. icis. pecherresse.
Peccatum. ti. pechie. i. omē dictū vel scdm vel occupitū qd fit cōtra legem dei / vel peccatum est voluntas retinendi vel consequēdi quod iusticia vetat. Et scdm papiam. i. delictum / culpa / crimē / viciū / erratū / male factum / facin⁹ / scel⁹ / maleficium. Peccamē. inis. i. peccatū. Peccatum z malum factū / vel perpetratio mali / delictum vero: est de seruo boni.
Pecozosus. a. ū. dicit a pec⁹. ozis. i. plen⁹ pecozibus. comparatur. Pecozositas. tis. i. abundantia pecozum. abūdāce de bestes
Pecten. inis. a pecto. is. dicitur. i. instrumentum pectendi / texendi / quia fila telarū reddat pexa et ipzimat. nauete a trysleren. Et iterum dicitur aliud instrumentū pectēdi pigne a pignier laine / on cheueulx. i. quod pexos capillos facit / vel etiā dī plectrum cythare. archet a rebebe. Et etiā dicitur inferior pubes viri / vel mulieris. Item etiā dī qdā piscis / scilicet rastrū. pleys Ger⁹
Pecten agit telas / lendes trahit / os subit aures. Mulcet / z pubes pectē z ordo siml
Pecticus. a. ū. i. digestibilis. et diriuatur a pectus. ozis. qui delegier est digere.
Pectino. as. ui. atum. a pecten diriuatur. penultima corepta. i. pectē. pignier laine ou cheueulx. inde Pectinatus. ta. tū. vide in pexus.
Pectinariū. rii. locus vbi pecten reponit lieu / ou coffre / ou gaine / ou on met piegnes

Pectinarius. rii. et pectinaria. i. q̄ vel q̄ fa-
cit pecties. faise²/ou faiserresse de piegnes.
Pectinarius. a. um. ad pectinem pertinens
Pecto. is. xui. ctere. pexū. vel pectum. i.
pectinare/pectine ornare. pigner laine/ou
cheuulx. inde Pectrix. icis. pigneresse.
Pecto componitur Compecto. is. simul pe-
ctere. Depecto. is. valde vel multū pectē/
vel deozsum/Repecto. is. iterum vel retro
pectere/et sunt omnia actiua. Pectoralis et
hoc. le. a pectus dicitur/ad pect⁹ pertinens
de poitrine. Pectorale. lis. i. zona circa
pectus equi/vel mulieris/vel alteri⁹ aīma
lis. poitrail.

Pectus. ozis. a pecto. is. dicitur/quia muli-
eres in pectore solent sibi pectere capillos.
poitrine. in Pectoreus. a. ū. de poitrine.
.i. pectoralis. Pectorosus. a. ū. i. magnū
habens pectus. qui a grande poitrine. Pe-
ctusculum. li. dimi. parū pectus.

Pecualis et hoc. le. a pecus dicitur. abun-
dant/ou plain de grosses bestes cōe vaches
beufz. Item pecuosus. sa. sū. plen⁹ pecu.

Pecuositas. tis. i. abundātia pecudum
Pecualitas. tis. idē. abōdance daumailles
Sicōe beufz/vaches/cheuulx/asnes. abun-
dātia pecorum. paſ. dicit/pecuari⁹. rii. i.
armētarius qui pecora custodit. gardeur
dāmaillēs. et dicitur a pecus.

Pecuaris. a. ū. etiam dicitur ad pecua per-
tinens. dāmaillēs.

Pecudarius. rii. a pecus. dis. dicit. i. pa-
stor pecudū. pasteur de bzebis/de cheures
ou de porcs.

Pecudarius. a. ū. dicitur etiam ad pecudē
pertinens. de bestail/cōe de menues bestes.
Peculoz. aris. a pecus diriuatur. i. rempu-
blicam furari. et componitur Depeculoz.
aris. i. deualtare/lapidare/furari.

Peculium. li. a pecus. udis. vel pecunia di-
riuat. i. pecunia de pecudibz hīta/vel qd
verius z. i. parū cens⁹ extra corp⁹ p̄ionū
posit⁹ i potestate filii vel serui. Super pe-
culium nō habet potestatem paterfamilias
sed ille tantū cuius est/et adeo proprium z
peculium/q̄ licz filio facere de eo proprium z
voluerit p̄ter voluntatem patris. Item
paſ. dicit/peculium est proprie mioz per-
sonazum vt seruoziū siue pastozum. comme
argēt que on a gaigne a seruir. Peculiaris

et are. i. ad peculium pertinens. de prope
pecune/cōme que on gaigne a seruir. et etiā
dicitur prope⁹/p̄iuatus/vel familiaris.
prope/p̄iuc/on familier/especial amy. Pe-
culiariter aduerbiū. familiarement. Pecu-
liaritas. tis. i. familiaritas/amitit. Pecu-
liarius. ria. rii. i. peculiaris.

Peculoz. aris. atullum. ari. i. rē publicam
furari. et dicitur a pecus. idē. Peculatoz.
ozis. i. rei publice furatoz/sie pecunie publi-
ce fraudatoz. ita dicit papias. Peculatus.
tus. tui. i. furtū de cōi pecoze et generaliter
de cōi re. larchin de bestail cōmun. Pecula-
rius. a. ū. i. ad pecua pertinens. de grant
bestail/dāmaillēs/cōme beufz/vaches. Pe-
culiaris. rii. etiam dicitur armētarius q̄
custodit pecua. vacher/gardeur de grans
anmaillēs. paſ. dicit/pecuaris. rii. q̄ cu-
stodit pecua vt supra dicitur. Item papias
peculat⁹ furtū de rep. vt furatio de peculio
peculatus. iudiciū in eo datū qui pecuniam
publi. fraudat/nam a pecunia peculatus.

Pecunia. c. a pecus/udis. dicitur quasi pe-
cudia. quia omis subltātia ātiquozum peco-
ribus/vel pecudibus erat. pecune/richeſſe/
paſ. dicit/pecunie. i. bonus census/faculta-
tes/opes/copie. inde Pecunialis et hoc. le.
de pecune. Pecunialiter aduerbiū. par pe-
cune. vt punitus est pecunialiter. Pecunio-
sus. a. ū. i. pecunia plenus comparatur.

Pecuniose. aduerbiū. richement. compā.
Item paſ. pecuniosus. i. diues/locuples/
opulentus/copiosus/potens/abūdans/qui
magnas pecunias habere possunt. Pecuni-
ositas. tatis. abundance de pecune. Pecuni-
arius. a. ū. ad pecuniam pertinens. de pecu-
ne. Pecuniarium. rii. i. locus vbi pecunia
reponitur.

Pecus. ozis. a pasco. cis. dirina⁹. amaille
grant beste. inde Pecozin⁹. a. ū. de bestail
vt pellis Pecozina. i. de pecoze exiltens.
Pecozarius. rii. cultos pecorum. vacher/
ou bouuer. Item pecora sūt maioza aialia
vt boues vacce/equi/asini/sed pecudes mi-
noza animalia dicūt. vt oues capre/pozei
sues. Et hoc pecu indeclinabile in singulari
sed in plurali hec pecua/oz/vel pecuū. idē
est qd pec⁹. ozis. Paſ. dicit/pecua. i. armēta
pecus. udis. petite beste/cōe bzebis/ou che-
ure/porc. et dicitur a pasco. is. Pecudes

dicuntur minora animalia / vt oues / capre / sed
pecora dicuntur maiora / vt sunt boues equi
asini . et cetera . Vide in pecus .

Peda . de . i . vestigium humanū . et dicitur
a pes . dis . la trache / lipressure de pie humaī
inde Pedo . as . atū . marcher des pies .

Pedagogus . gi . a pedos qđ est puer et ago
dicitur / pe . pro . i . magister / doctor qui sēp
puerum studentem ducit / scilicet cui puuli
assignantur . et dicitur sic : quia agat . i . ducat
puerum / vt lasciuientē refrenet etatem . mai
stre qui aprent et nourrist enfans . papias
dicit pedagogum . i . nutritorem / creditozē
puerorum / etiam dicitur qđ pueris assignat .
ide Pedagogalis . et hoc . le . i . magistralis
Pedagogiū . gi . i . magisteriū / magistrat⁹
vel officium pedagogi circa puerū / vel loc⁹
vbi puer eruditur a pedagogo .

Pedalis et hoc . le . pe . pro . a pes dicitur . i .
ad pedem pertinens / etiā dicitur mensurā
pedis habens . Pedalitas . atis . i . mensura
vnius pedis . mesure dñg pie . Pedalis com
ponitur Sipedalis et hoc . le . Scimpedalis
et hoc . le . qui habet dimidiū / vt duos pedes
Pedana . e . a peda dicitur . i . catena circa pe
des / scilicet cōpes . chaine / fers a mettre en
prison par les pies ou chep . Et etiam dicitur
pedules nouus / vel de pāno veteri factus qđ
a calige veteri assuitur . noueau chausson
ou fait de vieulx dzaps qui est cousu a viel
les chausses . inde Pedano . as . ui . are . atū
pedanas caligis apponē . adioulter chaus
sons aux chausses . et dī a pes . dis .

Pedarius . a . um . i . nudis pedibus ābulās
hōe ou fēme qđ va nulz pies . et dī a pes .

Pedell⁹ . li . dimi . de pes . i . pu⁹ pes .

Pedes . itis . a pes . dis . dī . i . pedester / pedibz
pro equo vtens . vnde quidā . Versus
Et modo vadit eques qđ solet ire pedes .

Et scđm papiā pedes et pedester vnū sunt
Pedester . tris . a pedes dī / vel pedestris et
hoc . stre . i . pedibus ambulans . allāt de pie
moderni tamen dicunt : Pedestris et hoc .
stre . et hoc teneas ita et campester / volucer
alacer / equester . similiter nunc declinantur
Pedetentim aduerbium . i . paulatī / sensim
subtiliter gradatim caute cūctanter quasi
pede tentans soutiuement / cautiuent . et
secundum papā . scribitur per / m / p / vt pede /
temptim caute / paulatī tentando / timide /

diffidenter / cunctanter / sensim / hesitanter .
Pedica . ce . a pes et capio . is . dicitur . penulti
ma correpta . quasi pedes capiēs vt catena
pedum vel quoddam instrumentum capiē
di pedes animalium / vel laqueus . chai /
ne de pies a mettre en prison cōme cep / ou
piege . Pedicat⁹ . a . ū . i . catenat⁹ / vel pedi
ca captus .

Pedicul⁹ . li . a pes dicitur . i . vermis cutis
quia mimos et multos habeat pedes . poul
petite beste qui naist sur gens . inde . Pedi
culosus . sa . fus . i . plenus pediculis . cōpat
pouilleux / plai de poux . Pediculose aduer
bium . pouilleusement . comparatur . Pedi
culositas . tis . plenitudo pediculozū et abū
dantia . pouilleuse / abūdance de poux / plā
te de celle vermine .

Pedicus . a . ū . et pedozosus . a . ū . idē . i . qđ
sordidos habet pedes / et dicitur a pedoz .
ozis . qui a les pies ozs .

Pedilauitū . ii . laucure de pies .

Pediludiū . ii . chole de pies . a pes et ludo .
is . componitur .

Pedissequus . qua . quū . i . qui bl que sequit
pedes domini sui / vel dñe sue a pes et sequoz
eris . componitur . seruant / ou chāberiere qđ
sicut sō seigneur / ou sa dame a pie . vnde pe
dissequa . que . pro ipsa seruitute / vel ācilla
Pedissequ⁹ . qui . etiam pro suo / vel famlo
dicitur . papā . dicit / pedissequ⁹ iuxta ambu
lans / et pedissequa ancilla .

Peditatus . tus . tui . i . peditum multitudo
vel pprietas peditādi . et dicit a pedes . itis
multitudo de pietons / ou alleure de pie .

Pedito . as . atum . a pedes . itis . diriuatur
. i . pedibz ire / vel pedibus trāsire . aller de
pie / ou passer a pie . corripit / di . Peditans .
antis . allant ou passant a pie .

Pedo . onis . dicitur a pes . i . pedes / vel Pe
dculus . pie / ou poul . inde Pedunculus . li .
dimi . petit pie / ou petit poul . Item pedo .
onis . dicitur qui pedit vel facit bombū . et
tunc dicitur a pedo . is .

Pedo . dis . pepedi . a pedoz . ozis . diriuat .
. i . pedozē facere / fetozē vel bombū facere .
poizre / peter / et faire pes du cul . idē . Pedēs
entis . Pedo . is . componitur oppedo . dis
pedi . i . contra pedentē pedere . et quia qui
contra pedētem pedit / quodāmodo ei qđtra
dicit : ideo oppedere ponit pro contradicē .

Itē qz qd oppedit qd pedēs facit ⁊ ipse facit: ideo poit p cōsentire. repedo. dis. iterum pedere. Supedo. dis. i. latenter/vel sub/vel post/vel remisse pedere. Et est pedo. is cum suis compositis neutrum. et carēt supinis. et geiat pedo in simplicitate pteritū s3 cōposita admittunt geiationē pteriti ⁊ pducit primā pedo ī pñti/ ⁊ penul. ī pterito Pedoz. ozis. a pes dicitur. i. fetoz pedum. vel squaloz. ozdure de pies/ou pueur. Pedoza pluraliter/dicitur a pedoz. ozis. i. pedum vel aurium sozdes. ozdure de pies/ou dozeilles. nullibi inuenitur declinatū. in Pedorosus. a. ū. vide in pedicu^o. Pedos grece. i. puer/et acuitur in fine. Pedules. is. a pes dicitur. i. pars caligaz qui pedem capit. chaillon. Pedulus. li. apes dicitur. et Pedell^o. li. ābo diminutua. i. paruus pes. petit pie. Pedum. di. a pes dicitur. i. bacul^o pastoz recuruus a coercendis pedibus aīaliū dict^o vide in bombz. balton a bergier qui est crochu au bout. Peduncus. a. ū. i. pede curuat^o Pedut^o. a. ū. id ē qd magnos pedes habet. Pedux. cis. videt cōponi a pede et capio. pis. i. laqueus pedē illaqans. Peduces sūt laquei quib^o pedes illaqueant. las de quoy on lache pies/ou a prendre par les pies. Pegi. isti. est pteritū de pango. Pegina. tis. a pungo. gis. dicitur. i. baculus cū massa plumbi ī sūmitate pendente. ⁊ dicitur pegina quasi pro pugna. balton qui a grant masse de plonc au bout. Peiero. as. atum. pariurer. i. periurare/periuriū cōmittere/ātīqui dicebāt periuro as. sed mutam^o/v/in/c/corruptā. subtracta /r/a scdo. vide in iuro. as. Cersus. Peierat affirmās s3 piurat sacra frāgens. Ibiurat primā nūq̄ reditur^o in illam. Idiurat v^l cōiurat querens dubium quid. papias dicit/peierat fortit iurat/peierare fallere. Peioz et hoc peius gentiuo huius peiozis pire/plus mauuais. et ē cōparatiu^o de malus. a. ū. qd anozmaliter cōparat sic/mal^o peioz/pessimus. Peius aduerbiū. pis/plus mauualement. comparatur male/peius/pessime/vel pessimū. papias dicit/peioz. i. deterioz magis malus. Peiozitas. atis. Peiozo. as. atū. penul. pro. actiuū. i. peio

rem facere. empirer/faire plus mauuais. ⁊ componitur Impeiozo. as. Peiozatus. a. ū. empire/qui est deuenus plus mauuais Pelagaris et hoc. re. a pelagus dicitur. de la grant mer. et producitur. et hec Pelagiaris. is. magna nauis pelago apta. grāt nef pour aller en mer. Pelagus interpretatur latitudo. i. latum et profundum mare/vel latitudo maris sine portu et littoze. et est neutri generis in singulari. et in plurali est masculini generis. hi pelagi. et coz. ide Pelagofus. a. ū. i. profundum maris. vt dicitur in loco pelagofu vel in locis pelagofis. Pelasgus. a. um. i. grecus. Pelasgus. gi. masculini gñis etiā inuenitur apud grecos. Pelasgias. adis. i. grecia Pelex. cis. a pellicio. is. vno/substracto quia pelliciat. i. decipiat. vel dicitur pelex a pello. is. que ante vxozem tenet/ ⁊ postea veniēte vxoze a domo pellitur. concubine quedam autem glosa dicit in scda epistola petri. ii. cap^o. pelices dicuntur meretrices scilicet a polutione/vel a pellis formositate qua icautos alliciunt. folle fēme. Bato dicit/pelex dicitur q̄cubina a pellicie do eo qd pelliciat. i. decipiat leccatozem. vel pelex a pello quia adueniēte vxoze legitima a domo pellitur. q̄cubine/ou folle fēme cōmune paf. dicit/pelex est concubina sollicitatrix animarum maritalium. Pelicatus. tus. tui. i. cōcubin^o/scilicet pctm̄ quod cū q̄cubina cōmittit. vnde pelicatus. a. ū. i. luxuriosus/pelici deditus. abandōne a concubine Pelico. as. tū. i. exercē luxuriam. Pelican^o. ni. vng opsel/pelican. i. auis egyptia habitās in solitudine/nimie maciei. ⁊ pducitur penultima. et est grecum origie. nec aliqua cōpositio assignata ei cōpetit. Pellax. acis. a pellicio. is. dicitur. i. deceptor/fallax/fraudulentus/dolosus. et cōparator cillimus. deceueur/fraudeur/tricheur et dicitur Pellax a pelle. i. a vultu/fozis ei vt fallat arridet/sed intus nequiciam gerit. i. dolosus/qd aut pellax quasi pelle fallax ethimologia est. Pellaciter aduerbium. cōparatur. i. fraudulēter/fallaciter. ide Pel lacia. e. i. fraudulencia/dolositas/verfuitia altriplicitas/decipulatio/deceptio. fraude deceptio fallace. Pellacitas. tis. idem.

Pellicea. ee. a pelle dicitur. i. quoddam indumentum quod de pellibz fit. gall. pellice inde **Pelliccola**. le. diminutiuum. i. parua pellicea. petite pellice. **Pellicatus**. a. um. i. pellicea indutus. qui z vestu de pellice. et hoc secundum modernos.

Pellicia. ie. etiam inuenitur. pellice. ita qz /sit penultima syllaba. sed moderni dicunt pellicea. ee. per e/inde **Pelliciatu**. a. um. indutus pellicia. vestu de pellice. **Pellicio**. la. le. dimi. parua pellicia. petite pellice. **Pelliciu**. ii. pellicion. **Pelliciolu**. li. dimi. paruū pelliciu. petit pellicion. **Pellicens**. a. ū. a pellis diriuatur. i. pellicibus indutus vel magnā vel grossā pellē habēs. vestu de pialux fourres/ou q a grāde ou grosse pel. **Pellicia**. e. i. vestis/indumentū de pelle. s3 dicitur in pellicea. vnde pelliciatu. a. ū. i. pelliciu. a. ū. de pellice. inuenit qz deus fecit ade et brozi eius tunicas pellicias.

Pellicio. is. pellexi. ctū. i. decipere. decep uoir. et cōponitur ex per / et licio. is/r/ mutata in/l/et corripitur/li/qz aut dī pellicere quasi pelle decipere. ethimologia z. s3 vide latius. in licio. is. inde **Pelliciens**. entis. i. decipiens. **Pellectus**. a. ū. i. decept. deccu papias dicit/pellecti/illicebrati/sci ducti/p/ ducti/expulsi. **Pellector**. ozis. i. incitator persuasoz. **Pellectio**. omis. i. deceptio.

Pellifer. icis. qui facit/vel parat pelles. i. pelliparius. **Pellificiu**. ii. pelleterie.

Pelliparius. rii. i. qui parat / vel reparat pelles. et componitur a pellis et paro. as.

Pelliparia. e. pelleterie/ou pelletiere.

Pelliris. is. dicitur a pellis. i. galea ex corio vel ex pelle. heaulme de pel/ou de cuir.

Pellis. lis. a pello. is. dicitur. i. cutis qz externas iniurias corporis tegendo pellat.

Pellit. a. ū. fourre. **Pellit**. a. ū. fourre. **Pennis** pellitis algozem pellitis omnem.

Pello. as. ui. atum. i. vocare. appeller/hu chier. et diriuatur a pello. is. inde **Pellat**.

a. um. appelle. **Pello**. as. componitur **Ip pello**. as. interpello. as. **Pello**. as. cū suis compositis est actiuum. vnde verbalia.

Pello. is. pepuli. pellere. pulsum. bouter/heurter. et facit pulstū scdm antiquos. vnde

pulto. as. freq̄ta. sed a pulsu. dicitur pulso as. vide in locis suis. **paſ**. dicit/pellere. i. expellere/excludere/amouere/repellē. hozs bouter/ou hurter. **Pulsus**. a. um. et cetera verbalia. vide in locis suis. **Pellens**. entis deboutant/ou hurtant. **Pello**. is. composit vt **Appello** appuli. aruer. **Item Cōpello**. is. puli. **Depello**. is. depuli. **Dispello**. is. dispuli. **Expello**. is. expuli. **Impello**. is. impuli. **Propello**. is. propuli. **Repello**. is. repuli. **Suppello**. is. suppuli. cū/ob/et/b/ mutata in/p/vt **Oppello**. is. oppuli. **Itē Perpello**. is. perpuli. **Pello** cum omnibus suis compositis est actiuū. Et scias qz pello in simplicitate gemiat preteritū/vt pepuli sed in cōpositione non/vnde facit preteritū in puli tantum/vt compello. is. compuli Et supinum facit pulsum in simplicitate et in compositione.

Pelluum. iiii. a pes et lues componitur.

.i. bas ad pedes abluendos et sordes pedū recolligendas paratum. vel componitur a pes et abluo. is. **vaissel** a lauer pies. inde

Pelluian. a. ū. de laeure de pies. i. dicit pelluiane sicut et dicit sordes malluiane

Pelta. te. est scutum breuissimum in modū lune dimidie factum quo amazones vtūtur

maxie/i dī a pello. is. escu demy rōt. **Cler**. **Il pello pelta** quia pellit fortiter ictus.

Peluis. uis. a pes et lauo. as. cōponit bas vbi pedes lauantur. /scilz conca / vel aliud

bas/quod autem dicitur peluis quasi pedū lauandorum bas. ethimologia est. **bachum**.

et facit accusatiuū singularē in/em/et in/im et ablatiuū in/e/et in/I/et gtm pluralē pel uium. **paſ**. dicit/peluis vocata est quia ibi pedes lauantur.

Pelusiū. sui. z oppidiū alexādzinū fortissimū

Pena. e. paine/trauail/doule/āgoisse/tour ment. et diriuatur a pendo. is. quia penam quasi debitum pendimus. i. soluimus et su

stinemus/pzo forefacto pena dicta eo qz puniat. inde **Penalis** et hoc. le. de paine. **Pe**

naliter aduerbium. āgoisseusemēt/doulou reusement. **Penalitas**. tis. āgoisse/paine/trauail. **Penosus**. a. ū. pene. plain de paine. et comparatur. **Penose** aduerbium. pe

neusement. comparatur. **Penositas**. atis. plante de paine/et de trauail.

Penarius. rii. a penus diriuat. i. cellerari

gardeur de celier . qui penu custodit . et Penaria . e . i . celleraria . celleniere
 Penarius . a . ū . etiam dicitur ad penā pertinens . de chose de paine / apptenāt a paine
 Penates . tñ . vel . tñ . per sincopā plz a penitus quod est secretus . i . domus iteriores proprie / vel domestici et priuati dei / domibus presidentes quos antiqui in domibz colebant / et eozū ymagines in domo habebāt vnde dicti sunt penates quasi penes nos nati . et est ethimologia . dieulx priues . papias dicit / penates deos domesticos pagani dicebant / quozum tamen nomina ignorantur .
 Pendeo . es . pependi . dere . pensum . significat passionem intrinsecus natam . scilicet esse vel fieri pensum . pendre / baller / estre pendu . et dicitur a pendo . dis . et habet idē preteritum / et idem supinum . quod pendo . is . scilz pependi et pensum . **Uersus** .
 Pendo do penam dū pēdo suffero penam .
 Pendeo suspensus / dū pendo subleuo pōd⁹
 Pendens . entis . estant pendu . sed pendens a pendo aliud est . papias dicit pendet / alti⁹ eleuatur / inconstans est / in incerto est / dubitat / iminet . **Item** pap . dicit / pendens / incertus / dubius / hesitans / fluctuans / inconstans
 Pendeo . componitur cum / ad / vt **Appēdo** ab aliquo pendere . **Item** **Compendeo** . es . simul pendere . **Dependo** . es . diuersis modis / vel in diuersas partes pendere . **Impendo** . es . imminere / ingruere / instare / suspendere . **Pendeo** . es . cum omnibus suis cōpositis neutrum est . et non geminat preteritū in compositis . nec etiam pendo . is . papias dicit pendet . i . iminet / inconstans est / in incerto est / dubitat / suspensus est . **Item** pendēt suspēsi / pēdūt q̄ aliquid solūit vl pōderāt
 Pendo . is . pependi . pendere . pensum . i . suspendere / vel trutinare . pendre en hault / ou peser en balance . **Item** exoluē / reddere / tribuere / vel sustinere . et inde dicitur pendeo . es . dere . scde cōiugationis . **Pendo** . is . cōponitur cum / ad / vt **appendo** . is . pendi . sū . i . ponderare / suspendere / vel libzare . vñ hic **appensoz** . et **appensozius** . a . um . **Item** componitur cum / con / vt **Compendo** . dis . **Item** **Dispendo** . dis . **Dependo** . is . i . persoluere / tribuere / vel valde vel deorsum pēdere . **Item** **Expendo** . dis . **Impēdo** . dis . dare / exhibē / tribuē . **Item** cū / pro / vt **Propēdo**

is . i . extēdere / dilatare / **Item** cū / per / vt **Perpendo** . dis . di . sū . recipere . **Item** cum / re / vt **Rependo** . dis . **Item** cum / sur / vt **Suspendo** . dis . di . sum . i . sursum pēdere . **Cōponitur** quoqz nichilomin⁹ . pendo . dis . **Dilipendo** . is . **paruipendo** . is . **floccipēdo** . is . **naucipendo** . is . **nichilipendo** . is . omnia pro cōtempnere parū appreciari . **Pendo** . is . et omnia eius composita sunt actiua . et faciūt preteritū in pendi . et supinū in pensū / simplex tamen geminat primā syllabā in preterito . et facit pependi sed nullum ei⁹ compositū geminat in preterito syllabam .
Pendulus . a . ū . a pendo . es . dicit . pe . cor . i . quod pendet et est eleuatum . pēdāt / chose qui est pendant / et est es leur en hault . aer dicitur pendulus . inde **Pēdulofus** . a . um . idem . i . pēdulus / pensilis . **Pēdulitas** . atis . i . pēdulofitas . pēdement . **Pēsilitas** . is . idē **Pene** aduerbium . remissiuum est . i . fere . a **por** pres / a **bien** pres . papias dicit . i . **prope** aut **iuxta** . et inde dicitur **penitus** .
Penes prepositio . accusatiuo casu seruiens . i . apud / iuxta / prope . **dencontre / deles / de iouste / de empres** . vt **penes me** . et hic **penes nis** . i . mēbrum virile . sed melius dicitur **hic penis** . **penis** . vide in **penis** .
Penetrable . is . a **penetro** . as . dē . et etiā **penetrabilis** et hoc . **legier** a **estre perche / perchable** . qd penetrat / vel aptum est penetrari . et comparat . **perchable / legier** a **estre perche** . ou cōme **farvire bien perchant** . **Penetrabiliter** aduerb . **perchablement** . comparatur . **Penetrabilitas** . atis **perchablete** . **Penetrabilis** componitur **Impenetrabilis** . et etiam comparat .
Penetrable . lis . et **penetrabilis** . id . i . secreta camera / secretus interior locus in domo / vl in templo vbi dabantur oracula / et ponitur quandoqz pro domo interiori . et dicitur a **penitus** / vel a **penetro** . as . **Uersus** .
 Quod leuiter penetrare potes penetrabile dices . Quod domus interior capit hoc penetrabile vocabis . **Penetrable** etiam quod penetrat . penetrabile : quod penetratur .
Penetro . as . atū . a **penitus** dicitur . i . pertransire / perforare . **penit⁹** intrare / vel pan . i . totum intrare . et est ethimologia . **tres / percher / percher / perfozer / dedens / entrer** . papias dicit / **penetrat** . i . **prūpit / pertrāsit**

egreditur/intrat/irrupit. inde Penetratiuus. a. ū. penetratīf/tresperchāt/qui tresperche/ou foze. vt visus penetratiuus /vel cerebrum penetratiuū. Penetratiue aduer. tresperchāmēt/penetratiuement. Penetratus. foze/perche/tresperche. et compositur Impenetratus. a. um. Penetratio. onis. tresperchēment/perforzēmēt. Penetramen inis. idem. Penetro. as. componitur. Impenetro. as. Repenetro. as. Suppenetro. as. Omnia sunt actiua. et cor. penul.

Penicillum. li. a pendo. dis. dicitur. et hoc penicillū. li. .i. hec penicila. le. oīa ī eodem sensu. i. gen⁹ spōgie molle ad tergēdos huiusmodi mores et scutellas.

Peniculus. li. a pann⁹ diriuatur quasi pāniculus scilicet quidā pāmicill⁹ de quo disci vel scutelle terguntur. petit drap pour essuier et tozcher escuelles.

Penis. nis. a pendeo pendes dicitur. i. cauda equina quia pendeat et suspensa feratur queue de cheual. Penis. nis. a pendeo. des. dicitur. i. priapus/scilicet virile membrū quia pendeat/vel quia suspensus ferat/vel penis dicitur a penetro. as.

Peniteo. tes. tui. tere. a pena dicitur/quia pena agit vt peniteamus. vnde penitere dicitur quasi penam tenere. et est ethimologia. i. cōstruitur peniteo cū genitiuo vt peniteo peccati penitere. repentir/auoir repentance. vnde Impersonale penitet/penitebat/penituit/erat/penitebit/penitere. il repent/il a repentance. et construitur cū accusatiuo et genitiuo. vt penitet me peccati. i. penitētia peccati habet me. Sed quando ponitur cū infinitiui/requirit tantum accusatiuum. vt penitet me peccare. et non potest adiūgi cū infinitiui nisi impersonaliter. quia ille infinitiuius ponitur loco genitiui. vt penitet me peccare. i. peccati. et ideo nō posset supponere verbo personali. Et idem intelligas de aliis. verbis impersonalibus /que construuntur cum genitiuis /et accusatiuis. vt Cedet/miseret/piget/et pudet. Papias dicit/pesteat/pudeat/tristis sit/teat. Itē papias dicit/Penitet/piget/teat/angit/ofendit/abhorret. Penitens. entis. penitet/repentant. comparatur. et cōponitur Impenitēs/etiam cōparatur. vnde ipenitēter aduerbium /et ipenitētia. tie. Penitenter

aduerbium. repentantem. comparatur. Penitentia. tie. penitance/penance. penitētia dicta est quasi punientia eo q̄ ipse homo in se puniat penitēdo /quod male admisit/vel dicitur peitēcia quasi pene tentio. ethimologia est. Penitentialis et hoc. le. de penitance/de pncance/de repentance. Penitētia aduerbium. par penitance. Penitudo. dinis. i. penitentia.

Penitus aduerbium itentiū. a pene aduerbio diriuatur quasi pene intus. i. omnino ex toto. et corripitur /J. du tout en tout.

Penitus. ta. tū. secretus interior intimus. vnde dicitur penitus quasi pene intus /vel potius quasi pan intus. i. totus intus. et cōparatur penitior/penitissimus. i. intimus/citimus. Penite aduerbiū. comparat peitissime. papias dicit penitus /introz⁹ interius/intus/penitissima/iteriora.

Penna. ne. a pendeo. des. dicit. qz pēdeat. i. volet quia auxilio pēnarū mouent aues et volant. penne doysel. vel pēna dicitur a pēnō quod est acutum/quia acuta sit. inde Pēnula diminutiuum. parua penna. Pennosus. sa. sum. pēnu/plain de pennes. cōparatur. Pennositas. atis. plante/abundance de pennes. Pennatus. ta. tum. qui a pennes cōme opsel ou empenne comme saiettes. Pennifer. a. ū. portant pennes comme opsel. Pēniger. a. um. idem.

Pennirapus. messager. quasi pēnas rapiēs vide in punirapus. Penno. nas. aui. atum. i. pennis tegere/vel ornare. couurir /ou ordener pennes. cōme empenner. inde Pennatus. ta. tum. empenne cōme saiettes. i. cetera verbalia. Pennio. as. componitur Depenno. as. Expenno. as. i. pennas auferre Impenno. as. imittere pennas/pennis imple re. Penno. as. cū suis compositis 3 actiuiū Pennū. m. dicebant antiqui acutū/pennum ideo dicitur acumē/vel extremitas ferri acuti Penfationes. i. precium exolutio/tributa/librationes paralipomenon libro. ii. cap^o xxvi. inuenitur.

Pensilis et hoc. le. a pendeo. des. dicitur. penultima correpta. i. leuis. legier. Recipca enī sunt pensilis et leuis. i. vñū ponitur pro alio bicissim. vnde pensiliter aduerb. i. leuiter. legerement. Et pensilitas. tis. i. leuitas. legerete. Pensilis componitur

Perpensilis et hoc .le. valde leuis . bñ per pensiliter aduerbiu . et Perpensilitas . tis Pensio . onis . a pendo . dis . dicitur . i . libra tio equatio . vel ponderis equalitas . pensio etiã dicitur precii solutio vt ipsum tributũ vel precii quod datur pro agro ad pensio nẽ cõducto . inde Pensionarius . a . ũ . ad pẽ sionem pertinens vel qui pensionem reddit Pense . as . atum . frequentatiuũ de pendo . dis . i . frequenter pendere / vel equare / pon derare / trutinare . souuent peser / balencher inde Pensatus . fa . tũ . balenche / pese en ba lenche . Pensator . ozis . libzator . peseur / ba lèheur . Pensito . tas . atũ . aliud frequẽta tiuũ . souuent peser / faire egal en balenche . Pense . fas . etiã potest diriuari a pensũ . si et tunc . i . cogito / delibero . penser / delibere cogiter . bñ pensat⁹ . ta . tũ . pèse / cogite / deli bere . Pensatio . onis . Pẽsator . Pẽsatrix . Pensum . si . a pendo . des . dicitur . i . cogi tatio / deliberatio / consilium . quia dum aliquid deliberamus : pendem⁹ . i . in pendulo et dubio sumus . deliberation / pensee / cogi tation / conseil . Pensum . si . etiã dicitur mu lierum / scilicet lana vel linũ ad opus datũ vel filatura et dicitur a pendo . des . vel a pòdus / quia ad pondus et mẽsurã dabatur Pensus . sa . sum . a pendo . dis . diriuatur . i . persolutus / scilicet suspensus / vel pondera tus / libzatus / equatus . et scdm hoc compa sioz . sissimus . parpaie / ou en hault pendu / ou pese en balenche / fait egal . Pense aduer bium . comparatur . egallement .

Pentha grece quinqz latine dicitur . bñ hic penthacontarcus . ci . i . princeps et ma gister super quinqz homies . prince sur cinq hõmes . Et dicitur a pentha grece quod est quinqz et archos princeps / vel vt quidam dicunt . penthacontarcus . ci . vel penthacõ tarcha . ce . idẽ . q̄ quinquaginta regit . prince ou gouuerneur sur cinquante . Sed pẽthar cha . ce . q̄ quinqz regit . p̄rice sur cinq . V̄ers⁹ Quinquaginta regens penthacontarcha vocatur . Pentarcham dices qui sibi quinqz tenet . et hoc videtur verius . Et potest com poni . Penthacontharca . a pentha quod est quinqz et costes decem et archos princeps quasi princeps super quinquaginta . Pẽthar cha componitur a pentha quinqz et archos princeps . quasi princeps super quinqz .

In pendulo esse
a quod hinc
Sub alio / bñ in libro esse

Penthamus . ma . mũ . penultima correpta qui vel que quinqz nupsit . et componitur a pentha quinqz et gamos quod est nuptie bñ mulier . hõme / ou femme qui a este marie a cinq . inde Penthamia . e . i . quinqz nuptie / vel proprietates qua aliquis dicitur pentha gam⁹ . ppziete dauoir este cinq foys marie . Penthangulus . la . lum . i . qui habet quinqz angulos . lachose qui a cinq angles . i . coz . Penthameter . tra . trũ . a pentha et metrũ dicitur . i . versus constans ex quinqz pedibz qui a cinq pies en mettre .

Penthapotus . ta . tum . a pẽtha et ptotos quod est casus . pe . coz . i . nomẽ habẽs quinqz terminationes . vt dñs / dñi / dño / dñm / dñe . Pentharcha . ce . prince sur cinq . in pẽtha / contarcus dicitur .

Pentharchia . chie . seigneurie sur cinq . Pẽthasilon herba a numero foliorum dictã hanc latini quinqzfolium vocant / a pẽtha quinqz et philon folium .

Penthapolis . pe . coz . ciuitas habens sub se quinqz ciuitates / vel regio continens quinqz regiones / hinc specialiter quedam regio in confinio arabie et palestine sita dicta est penthapolis a quinqz ciuitatibus impiorũ que celesti igne consumpte sunt . scilicet to doma gomozra adama zeboim et bale / ipsa est segoz . Est et alia penthapolis in libia / a quinqz ciuitatibus .

Penthapoles . lis . i . negociator qui multa vendit . qui latine dicitur seplassari⁹ . gail . regratier qui vent plusieurs choses . a pan quod est totum et polis vendere .

Penthasyllabus . ba . bũ . qui est de cinq syl lebes . sicut sanctificetur . et componitur a pentha et syllaba . be .

Penthateucus . ci . est liber distinctus i qui qz voluminibus . et coz . pe . vt sunt quinqz libri moysi . et dicitur a pẽtha et teucos qd est volumen .

Pentecoste . ites . a pentha quod est quinqz et coste decem et hoc penthecosten ideclina bile . quia quinqz decem dies sunt a resur rectione dñi vsqz ad pẽthecostẽ vtroqz die incluso / et acuitur in fine . pẽthecouste . Pẽ thecoste est equiuocũ ad quinquagenam i ad solennitatem septem diebus protelatã . cin quãtaine / ou la solennite de la penthecouste Pẽthet⁹ grece . i . focer . pẽthera vero soci⁹

Penula. le. a pendeo. des. dicitur. i. palliū quoddam / et proprie cum longis fimbriis. palle / destement a longues frenges. Et penula dicitur volumen legis. **Penulatus**. tātū. i. illo pallio idūt / vel illud palliū hñs **Penultimus**. ma. mū. i. pene vltim⁹ / scilz qui est in secundo loco ante vltimū. et componitur a pene. i. fere / et vltim⁹ vltim⁹ / penultime / le de frain fors vng. et corripit / ti. **Penuria** penurie. a penus dicitur. penultima correpta. i. inopia / egestas / paupertas. Et proprie que in penore est. i. in cellario. souffrete / besoing / misere / pourete / de faulte vel dicitur a pena. et vrges / vrges / vel vrgis / quasi pena vrens / vel vrgens. vel dicitur quod est ethimologia. inde **Penuriosus**. factum. plenus penuria. et cōparatur. souffreteulx / plain de pourete / de misere / plain de de faulte. **Penuriose** adverbium. souffreteulx sement. comparatur. **Penuriositas**. atis. plante / abundance de souffrete / de pourete / de de faulte / de misere. **Penus**. ni. no. a peno grece / quod latine dicitur nutritio. i. cellarium. cellier. **Penum** peni. **Penus**. nus. nui. Penu indeclinabile. **Pen⁹** penozis idem. omnia in eodem sensu. i. cellarium quia in eo reponuntur omnia quibus homines nutriuntur. Et nota q̄ penora etiā dicitur res necessarie ad victū quotidianū. **Peonia** peonie. pione. herbe. ita dicitur Ja. sed papias dicit / pionia per / Al. i. peon q̄ medic⁹ fuit primo inuenta. Item peon fuit qui dam auroz a quo q̄dā pes inuēt⁹ dicit⁹ z ped **Pepigena** pepigene. quarta pars denari. la quatriesme partie dūg denier. poyteunie **Peplum**. pli. est matronale palliū ex pura signatum cui⁹ fimbrie aurei staminis sumitate resplendent. Et vt dicunt proprie capitis est. inde **Pepulum** pepuli. idem. diminutiū. voille / queuurechef delie. papias dicit peplum cooperimentum est / peplū isto la / pallium quo matrone vtuntur. Item papias peplum. i. pallium / pepulum / spelunca. **peplum** speculum. **Pepo**. onis. penultima producta. grecū est et origo eius latinis incerta / et idē est q̄ melo melonis. et crescit in similitudine cucurbitae seu cucumeris. pepon / ou melon / vng fruit comme courges / couhourdes / et crest herbe et le fruit cōe couhourdes ou courges

Per prepositio seruiens accusatiuo. gall. par. vt dicitur per deum. par dieu. per diē par iour. **Per** quandoqz pziuat / vt perfid⁹ id z qui non habet fidem. quandoqz significat tempus / vt per diē / vel auget vt perpulcher. i. valde pulcher. **Pera**. re. est sacculus ille quem portat peregrinus sub asella z pendet a collo. et dicitur a peri quod est circū quia circa collū suspensa portatur. tasse de cuir a pelerin / ou pēne / tiere ou il porte pain. pera etiā dicitur sacculus pastoralis. scilicet mantica quā galli appellant pennetariam / scilicet reticulum in quo pastores portant panem. la penmetiere a berger ou il porte son pain aux chāps petit sachet / escreppe. in **Perula**. le. dimi. id **Perago** peragis peregi. actum. agere. i. perficere. par faire / accomplir. a per et ago agis componitur. papias dicit peragit / finit / perficit / consummat / terminat / complet inde **Peractus** peracta peractū. parfait. **Peragro** peragras. ab ager agri dirinat agro agras quod non est in vsu. et inde cōponitur. peragro peragras penultima correpta. i. sine mansione certa / huc et illuc ire aller cha / et la. par les champs. decourir cha z la. papias dicit / peragrat / perlustrat perdiuersa vadit. **Peragrat**. gratozis. vageur / decoureur cha et la. **Peragratix** peragratricis. femme allante cha et la. **Peragratio** peragrationis. enuirōnemēt / allee / cha et la / decourement. **Peramplius**. a per et amplius componitur. i. perfectus / hebreozum. xi. peramplius et perfectius tabernaculum. et declinatur per aplioz et hoc perāplius. pl⁹ large pl⁹ grāt **Percello** percellis perculi percussū. a per et cello cellis componitur. i. percutere vel terrere facere. espouanter / faire paour. percutere enim ad corpus pertinet. percellere ad animā vel animū. Item secundū papiā percellere. i. occidere / obzuer / elidere / percutere / prostrare / perturbare / grauit affligere. in **Perculs⁹**. fa. sū. espouante / trouble **Percēseo**. es. sui. sere. cēsū. a per z cēseo. i. perfecte vel valde cēsere / vel perquirē / circuire / perrare. parfaitemēt iugier / deliberer sētēcier / ou nōbzer / enuirōner / monst errer. Itē **percenso**. sis. sui. situm. a per et censo sis. cōpo². **Percensio**. is. siui. sire. situm. idē

et componitur a per et censio, is, et oia idē significant, vnde Percensitus, ta. tū, iugie sententie/nōbze/perquis/enuirōne. ⁊ potest corripī et etiam produci. tamē scdm vsum semper produciatur. Percensus, sa, sum, id Percipio, pis, cepi, ptū, i. perfecte capere/vel intelligere, papias dicit/percipim⁹/ac-cipimus. Perceptibilis et hoc, le, perche/uable/qui de legier est percheu, et cōponit Imperceptibilis. Perceptibiliter aduer. Perceptibilitas, atis. Perceptus, ta, tum apercheu/ou entendu. Perceptio, omis, ap percheuemēt, ou recheuemēt/ou entendemēt vade Perceptoz/perceprix. Percitus, ta, tū, media producta, i. balde citus/balde velox/agilis/biuax, monlt p/nel/appert/hyle, percitus dicit papias, i. concit⁹/pceler/velox/ymot⁹/concitat⁹. Percōtoz, aris, atussū, a per et cōtoz, aris componitur, i. inquirere/perquirere/interrogare/perscrutari/inueligare/sciscitari, enquerit/encherchier/demander, inde Percontatus, ta, tū, enquis/demande, Percontatio, omis, enqueste, et scribuntur per/o. Sed percūctoz per/v/in secūda syllaba, i. morari, vide vbi dicitur, Percontumax, cis balde q̄tumax/iuriol⁹, mōlt rebelle/oblitie Percussus, sa, sum, i. aīo cōmotus/conturbatus, a percello, lis, percussum, scdm pap occis/tourmente/trouble. Percunctor, aris, atussū, a per et cunctor dī, i. perfecte vel balde cunctari/balde morari, mōlt demourer/monlt faire demeure Percūctatio, omis, i. moza, Percūctāter aduer, i. dubitāter, vl mozanter. Ver⁹ Percōtoz notat id qd pscrutoz p/o/scriptū Percunctorqz per/v/dicitur esse mozoz. Percurro, curris, curri, parcourir. Percutio, tis, pculsi, cussū, a per et cutio cutis, vel quatio quatis componitur, i. ferire, ferir/fraper, ⁊ scribitur per/t/papias dicit/perculsit, i. prostrauit/afflixit, inde Percussus, sa, sum, feru/frappe/batu, Percussor, ozis, scdm papiā, i. homicida, Percussio, omis, frapement/batement, Percussus, s⁹, sui, idem est, i. percussio, Percussura, re, bature/frappeure, tamen secundum bazonem, percussura ppzi numismatis appellatur fabricatio propzie monete/insubscriptio fit multis percussionibus, Percus-

sura percussure, idem est quod percussio, Percussim aduerbium, Percussozum, rui, ce de quoy on fiet/comme batoir/ou fouet a faire aller cheuauz/ou aultres choses de quoy on chasse bestes. Percuruus, curua, uū, balde curuus monlt courue/crochu/bochu. Perdius, dia, dium, i. iugis/continuus, et componitur a per et diu, continuel. Perdix, cis, penultima producta, a perdo perdis dicitur, et est epichemi generis, vñ sub vna voce et vno articulo comprehendit vtrunqz sexū, scilicet sub feminino, p̄i dīs orsel, a perdo perdis dicit, quod est amit/tere/vel destruere quia perdit, i. amittit/vl destruit oua sua et alia fouet/vel quia perdat et destruat nidum suum. Perdo perdis perdidī perditū, ex per et do das componitur, i. amittere/deiere/vel destruere. Ver⁹. Amitto/perdo/destruo/perdo notat, papias dicit/Perdit perimit/interficat/occidit, Perditus, dita, ditum, i. amissus/et secundū papiā, i. amissus/precept/proiectus/prau⁹/deu⁹/percussus/extinctus, Perditio perditionis, amissio, perte/perdition. Perdito perditas, souuent perdre, frequē, tatiuum de perdo perdis. Perduco, cis, xi, ctum, i. perfecte ducere, parmener, ⁊ opōit a per et duco, cis, Perduct⁹, cta, ctū, parmene, Perductus, ctus, ctui, parmement, Perductio, omis, idem Peredia, die, a per et edax cōpoitur, i. edē di superfluitas/sicut bibula bibendi, superfluite de boire ou de menger trop. Perfluo, is, xi, xū, a per ⁊ fluo, is opo², par faitemēt ou monlt decourre de hors. Peregre aduerbiū, a peragro, gras, dicit, i. ad peregrinandum/et significat de loco ad locū, Et dicit p̄isc, peregre sum pegre ab eo/peregre aduenio/peregre trāleo, en pelerinage/loing de lieu/par lieu. Peregrin⁹, na, nū, a peregre dī, q̄si per gēs lōg⁹, i. extrane⁹/aliemigena/alienus, vnde dicuntur peregrini, i. peragrantes, i. per diuersa loca ambulantes, pelerin, ⁊ dicitur etiam/veniebat de longinquis ⁊ peregrinis partibus, papias dicit peregrinus, i. longe a patria sua positus/quasi aliemigena id est aduena/alienus/extrancus/hospes,

Et dicuntur peregrini / quia parentes eorum
 ignorant / sunt enim de longinqua regione .
 Peregrinoꝝ . naris . atullum . ari . i . exulare
 aller en pelerinage loig de son pais / de lieu
 par lieu / estre estrange . Peregrinatio . omis
 pelerinage / allee . Peregrinat⁹ . tus . tui . ad
 Peremptus . empta . emptum . i . occisus / in
 terfectus / iugulatus / mortuus / necatus / ex
 tinctus . oeci / tue . et diriuatur a perimo .
 imis . emi . peremptum . Peremptio . omis .
 . i . occisio . Perempte aduerbiu . scdm pap .
 . i . cōsumate . cōsumeemēt . vnde Perempto
 rius . a . um . vt dicitur i litteris citationum
 dies peremptorius . iour sans respit . scdm
 pap . i . qd extiguit . vñ Perēptoz . i . occisoz .
 Peremptorie aduerbium . sans respit .
 Perendie aduerbiu temporis . a perempt⁹
 et vna die dicitur quasi perempta vna die .
 . i . post cras . apres demai . Sic enim proce
 dimus pridie . i . ante vna diem / heri / hodie
 cras / perendie / posttridie . i . post tercū diē
 inde Perendianus . na . nū . de apres demai .
 vt dicitur dies perendianus .
 Perendino . nas . penultima correpta . i . mo
 rari per vñ diem / scilicet vsqz in tercium
 diem . ponit famen quādoqz simpliciter pro
 morari . et trāsitue positū iueitur pro plō
 gare . faire demeure / sejourner par vng ior
 entier iusques au tiers iour .
 Perennis et hoc perenne . a per et annus cō
 ponitur . i . iugis et quasi perpetuus . par
 durable . Perenniter aduerbium . i . iugiter
 continuellement / perpetuellement . Peren
 nitas . nitatis . i . iugitas / perpetuitas . per
 petuite / par durablete . Et debent scribi per
 duo / n / sine / p / papias dicit / perennis dicit
 eo quod sit perpetuus .
 Pereo peris . iui . vel perii peritū . pe . cor .
 a per et eo is . cōponitur . perir . pap . i . inte
 ruit mortuus est . inde Perito peritas . atū .
 souuent perir . frequenter perire .
 Pererro pererras . atū . i . perfecte errare .
 a per et erro erras cōponitur . vel per alia
 loca errare .
 Perfero perfers pertuli perlatum . a per et
 fero fers componitur . i . pati / substinē / tole
 rare / vel perfecte ferre . souffrir / soustenir /
 endurer / ou porter . Perferēs . entis . i . sub
 stinens / tolerans . Perferenter aduerbium .
 . i . substinenter . Perferentia . tic . i . substi

nentia / tolerantia . pap . dicit . i . gratia . Per
 latus . ta . tū . porte . et Per lato . latas . atū .
 . i . frequēt ferre . souffrir / ou porter souuēt
 Perfacile . i . valde facile .
 Perficio perficis perfecti . ectum . a per et fa
 cio facis componitur . i . perfecte facere / ad
 finem deducere / peragere . et corripitur /
 parfure / accomplir . ide Perfectus . cta . ctū
 ad finem deductus . par fait . comparat Im
 perfectus . cta . ctum . papias dicit perfect⁹
 . i . fact⁹ / extract⁹ / explicit⁹ / finit⁹ / cōplet⁹
 q̄sumat⁹ / ad finē deduc⁹ . Itē etiā dicit . i .
 magnific⁹ / excell⁹ / sūm⁹ / maxim⁹ / absolut⁹
 p̄tansitissim⁹ . Perfecite aduerbium . cōpar .
 et scdm papiā . i . egregie / excellēter / insigni
 ter / magnifice / grāditer / cordate / nobiliter /
 honestissime . Perfectio . omis . perfection .
 et significat quandoqz virtutem et sanctita
 tem / quandoqz vero est finis vel cōsumma
 tio et completio operis .
 Perfid⁹ . da . dū . i . perdens fidē . et corripit
 fi / a per et fides cōpo² . et est mercatorum et
 pprie cauponū . q̄parat pfidioz / illum⁹ . mau
 uais / desloyal / tricheur / baretur / sans foy .
 Perfide aduerbium . tricheusement . cōpar .
 Perfidia . die . tricherie / fraulde / desloyaul
 te . Perfidiolus . sa . sum . plain de tricherie
 de desloyaulte / de fraulde / de barat . papias
 dicit / perfidus . i . fraudulentus / sine fide .
 periurus / perfidus / dictus quia fraudulēt⁹
 est / sine fide / quasi perdens fidē . Itē pap .
 Perfide aduerbiū . i . sine fide . Perfidia ifi
 delitas . Perfidiolus . sa . sum . qui semp sū
 fide . Perfid⁹ . da . dū . etiā potest cōpoi ex
 per et fid⁹ . da . dū . qd dī a fido . dis . et tūc per
 fid⁹ . i . valde fidelis vel fid⁹ . et tūc p̄di / fi .
 feal / loyal de cueur . Tersus . Perfidus
 est nequā perfidus valde fidelis .
 Perfigo . gis . xi . xū . componit a per et figo
 gis . i . pfecte figere . parficher . vñ verbalia
 Perfundo . dis . idi . ssum . a per et fundo . dis
 compositur . i . perfecte findere . parfendze .
 Perflecto . ctis . xi . xū . a per et flecto . ctis
 componitur . parflechir . inde Perflexus
 xa . xum . parflechir / parcourue . Perflexi
 tas . atis . flechissemēt . pap . dicit / Perflexa
 iutibus colligantur nodis .
 Perflo . flas . atū . a per et flo flas q̄po² . i .
 pfecte vel valde flare . parfatefit souffler .
 vñ Perflatus . ta . tū . et cetera verbalia .

Perfluo. is. fluxi. xū. a per et fluo. is. cō
 ponitur. i. perfecte fluere. parcourir.
 Perflumies. ei. ꝛ sordis effusio scđm pap.
 Perfodio. dis. di. fossū. a per et fodio. dis
 componitur. i. perfecte vel valde fodere.
 parfaitement ou monlt fouir.
 Perfrigo. frīgis. fregi. actū. a per ꝛ frāgo
 is. componitur. i. perfecte frāgē. par froisser
 Perfruoꝝ. eris. frutuſsum vel fui. a per et
 fruoz componitur. i. perfecte frui/ vti/ po
 tiri. parfaitement vser.
 Perfugio. is. fugi. itū. a per et fugio. is.
 cōponitur. i. perfecte fugere. parfour.
 Perfuga. ge. i. qui. de vno exercitu fugit
 ad aliū. fuitif/traître qui senfuit de vng oſt
 en aultre. et penultima coꝝripitur.
 Perfugium. gii. i. tuta latebꝛa/locus refu
 giū. lieu obſcur/lieu de refuge. papias dicit
 Perfugium. i. auxilium / refugiu latebꝛa/
 locus refugii/receptaculum stabile / tutum.
 Perfūdo. dis. fudi. fūū. a per et fundo. dis
 ꝝponit. i. valde fundē/espādzē ou arrouser
 papias dicit / pſūdes lauabis. arrouser. iñ
 Perfusus. ſa. ſum. parcspandu/arrouse.
 Perfungoz. eris. perfunctūſsum / perfungi
 a per et fungoz componit. i. vti vel deltrūē
 vel deltrui. paruser / par faitemēt vser / ou
 deltruire/ou estre deltruit. inde Perfunct⁹
 cta. ctū. deltruit/degaste. Perfunctio. onis
 Perfunctozius. a. ſi. i. leuis/deltructozius
 et tranſitozius. deltruisable/legier et tran
 ſitoire. vt dī pſūctozū verbū. i. trāſitoziū
 et leue. inde Perfunctozie aduerbiū. i. iani
 ter/leuiter/vel tranſitozie scđm pap. legere
 mēt/transitoiremēt. Itē perfunctoz⁹. a. ſi
 etiā dī ad perfūgēdū apt⁹. quenable a vser
 pap. dicit / pſūgit officu munus. complet.
 Pergama. ozum. edificia troiana vel muri
 troiani menia tzoiana. edifices /ou les muꝝ
 de troie. et coꝝripitur /ga/ et componitur a
 pir quod est ignis et gamoz mulier qꝛ per
 ignē et mulierē deltructa fuerunt. inde Per
 gameus. a. ſi. i. troianus. de troye.
 Pergamenū. ni. i. carta dictū a pergamo ci
 uitate / quia ibi pꝛimo excogitatum et inuē
 tum fuit. parchemin. Item etiam adiectiue
 dicitur. Pergamenus. na. nū. i. res de per
 gameno existens.
 Pergamū. mi. quedā ciuitas.
 Pergo. gis. rexi. pergē. a per et rego. gis

componitur. ire/ambulare/iter agere /vel
 componitur a pede et rego. gis. vnde per /
 go. i. pedem rego/ſed potius ethimologia
 est. aller. Pergens. entis. allant. perrectu
 rus. ra. rū. qui est a aller / ou qui doit aller
 Pergulum. li. lo. a pergo. gis. dicitur. i.
 paruū tuguriū in alto positum. Et hec per
 gula. le. famulia /qꝛ ad diuerſa pꝛgit officia
 Perhibeo. bes. bui. bitum. ex per ꝛ habeo
 es. componitur. i. ostendere/dicere/et coꝝ.
 hi. demonstrer/tesmoigner.
 Peri. i. circū vel/dc/et acuit in fine. entour
 Peribi aduerbium loci. par la.
 Peribolus. li. a peri et ambulo. las. cōpo²
 et hoc Peribolū. li. idem. i. deambulatoziū/
 deambulamentum/spaciatoziū/ perambu
 latoziū. allee/gallerie.
 Perichelis. lidis. a peri circū et chele bra
 chium/vel crus componitur. i. oznamētū
 mulierum circa brachia. pigalles. gallice.
 vel potius oznamētū circa crura quo gres
 sus earum oznatur. pourfil.
 Periculum. li. a perio. ris. iui. diriuatur.
 .i. experimentum. experience/esprouuēnt
 congnoissance. vnde terentius in eunucho.
 Fac periculum in litteris. Fac in palestra/
 et hinc periclitoꝝ. aris. atūſsum ari. i. expe
 riri. esprouuer/cognoistre/tenter/essaier.
 vnde plautus in amphitrione. Periclitat⁹
 ſū animū tuū. Periculum etiam potest diriu
 uari a pereoz. is. perii. peril. Et quandoqꝛ
 ſincopatur. et dicitur hoc periculum. idem.
 .i. discrimē/quia perire faciat. Periculof⁹
 ſa. ſum. perileux. i. plen⁹ periculo. ꝝpat.
 Periculose. aduer. perilleuſcūt. ꝝpat. Itē
 pap. periculofū/pernicioſū/calamitoſū/exi
 ciale/ſuſtū/exicioſū. Periculofitas. tis
 Periclitoz periclitaris. i. periculum/discrimen
 incurrere. perillier.
 Perimo. imis. emi. emptū. i. occidē/iterficē
 occir/tuer. ꝛ ꝝpo² a per et emo cmis. ꝛ coꝝ.
 Perinde aduerbium ſimilitudinis vel qua
 litatis. i. itaqꝛ/omnino/taliter. tellement/
 en telle maniere. et componitur ex per et
 inde et apocopatur et dicitur perin aduer
 bium pro perinde. idem.
 Perio. is. iui. ire. i. docē/iſtrūē/appꝛobare
 a quo dixerūt fore ꝝpoſita quidam aperio
 peris. comperio comperis et ſimilia que
 ſupra dixim⁹ eſſe cōpoſita a pario paris /ꝛ

hoc verbum iam aboluit / sed quedam ab eo diriuata adhuc retinemus / scilz perit⁹ / periculū & quedā alia . ēseigner / instruire .

Periodica . ce . a peri circū et oda via cōpo² Et sunt periodice febres quas quotidianas tercianas / quartanas vocāt / sic dicte qz certo temporis circulo moueantur et non continue affligant . et coz / di .

Periodus . di . pc . coz . dicit quasi circūitus vel ambitus / vel quasi circa finem . vltima distinctio que totā sententiā claudit .

Peripecio / icisio scripturaz vel caplm del sententia scdm pap . et acuitur in fine .

Peripleumonia . me . & viciū pulmonis cū doloze . & qpo² a peri circū / et pleumonia .

Periplima . matis . a peri circū et sim⁹ . mamū . quod est curuus vel sem⁹ quod est iperfectus / vel seco secas componitur . i . purgamentum qd elicitur de tritico qm bētila⁹ vel purgamentū pomozū et rasura et limatura cuiuslibet rei qz circū circa res leua⁹ et dimnuat . purgemēt de fourmēt / la paille la colle / ou pareure de pōmes / ou rasure / ou limaille de fer / darain / ou de quelque aultre chose .

Periplima etiā dī quelibet domozū quisquilia . i . purgamētū / vel sordez domus

Quod purgas de re dic esse periplima vere

Et suber pomi / quisquiliaqz domi .

Periscelides armile pedū muliez . Periscelides dicit qbz noster ornat gress⁹ . hec pap

Ja . dicit / Perichelis . dis . fe . ge . a peri circū et chele curuū / ornamētū mulierū circa brachia vel potius circa crura quo gressus eaz ornatur secundum huguionē .

Perito . tas . frequenter perire / pe . coz . souuent perir . a pereō . is . iui . itū . itu . b / in / o /

Perithomū . mi . i . circūcisio / a peri circum et thomos incisio .

Peritus . ta . tū . a perio . peris . iui . itū . diriuatur . i . doctus / instructus sapiens . et cōparat peritioz / peritissimus . sage / enseigne expert / discret . papias dicit / peritus . i . perfectus / sciētia plenus / sagax / solers / prouidus / expertus / consideratus / circūspectus .

Perite aduerbiū . saigemēt . docte / sapiēter . et cōparat peritius / peritissime / mū . Peritia . ritie . i . doctrina / sapientia / discretio . doctrine / sagesse / discretion .

Peritus qpo² Imperit⁹ . ta . tū . et pducit . etiam cōparat vñ Imperite aduerbiū . et Imperitia . tie

Uer⁹ Nō vadit peritū q̄ vult audire pitū

Periur⁹ . a . ū . pe . pro . a periuro . as . dicit . & dī quasi prodēs / vel perdens ius . pariure

Periuriū . ii . pariuremēt . & scdm pap . i . fallacia . papias dicit / periur⁹ . a . ū . i . perfid⁹ / male iurās .

Periuro autē verbū nō habet v / nā dicimus / peiero & hoc verū & scdm vsū

modernozū / tamē antiq̄ dicebāt periuro . as a quo periur⁹ . ra . rū . dī . vide in iuro . as . et periero . ras .

Perizoma . matis . qdā vestis hoim antiquissima . i . succinctozū femozale quo tantū genitalia contegunt . cōme bres . Itē aliqui dicit q̄ sit tunica folis q̄suta qualē dīs fecit

ade post lapsum . et cōpo² a peri qd & circū et zoma corpus . et producit in noiatiuo / sed

in aliis casibus corripitur .

Perlatus . ta . tū . a perfero . fers . tuli . latū . qpo² . parpozte / tolere / souffert . pap . dicit / perlata . i . perportata / tolerata .

Itē perlatū est ad me . i . nūciatū est michi / allatū est michi / cognoui et expertus sum .

Perlego . plegis . gi . ctū . i . perfecte legere par lire . & qpo² a per et lego . gis . & corripit i pzelēti / sed i pterito producit . vide i lego .

pap . dicit / perlegerēt / considerarent .

Perledo . dis . lisi . lisum . i . valde vlt pfecte ledere . a per et ledo . dis . componit . monit blecier . vnde perlifus . sa . sum . valde lelus

Perlino perlins . leui . perlinere perlifum a per et lino lins componitur . i . perfecte linere vel occidere . occire . vnde Perlitoz ozis . i . occifoz . occifur / tueur .

Perliricus . lirica . liricum . i . dulcis et delectabilis super alios / vel super cātum lire . et componitur a per et liricus .

Perlucio . es . perluxi . i . perfecte luce . par faitement luire . & cōpo² a per et luceo luces

Perlucid⁹ . da . dū . i . perfecte vel valde lucid⁹ / a per et lucidus componitur .

Perluo . luis . lui . tū . i . pfecte luere / vel delauare . par faitemēt soullier / ordir / enlaidir ou purger / delauer / ou deffachier .

Perlurid⁹ . da . dū . i . pfecte vlt valde lurid⁹

Perlultris et hoc perlustre . i . perfecte lultris / nobilis .

Perlustro . perlustras . stratū . i . perfecte lustrare . a per et lustro . stras . qpo² . par faitement purger / ou enuironner / ou eluminer

Permaneo . manes . mansi . mansū . a per et

maneo .es. cōpo² .i. perfecte manē . par de-
mouer . Permanēs . entis . pfecte manēs . ⁊
cōponit Impermanens . entis . Permanen-
ter aduerbiū . Permanētia . tie . demourāce
duree . pap. dicit/permanet/perfilit/pagit/
perseuerat/pertendit .

Permano . manas . a per et mano . as cōpo²
.i. pfecte vel valde manare . parcourir .

Permigo . gis . xi . ctū . a per et migo . gis .
componit . i . perfecte migē . pissier . mictu
perfundere/deturpare . arrouser de pissas .

Permictus . micta . ctū . soullie/de pissas .

Permitto . mittis . si . sū . i . concedē/qsē tire
otroier/consentir/souffrir/laisser . a per ⁊
mitto/mittis/cōponitur . pap. dicit/pmittit
concedit/dat/tribuit . ide Permissus . sa . sū .
ottrope/souffert/permis . Permissus . sus .
sui . souffrance . Permissio . onis . idem est .

Permisceo . sces . scui . permixtū . a per ⁊ mi-
sceo . sces . componitur . pmesier/parfaitemēt
messer . inde Permirtus . ta . tū . ensemble
messe . Permiscu⁹ . a . ū . id . Permirtu aduer .
meslemēt . ⁊ scdm papiā passim/permiscue
icondite/inordinate/turbato ordie/cōfise .

Permirtio . onis . mirtion/meslemēt . pap.
dicit . i . q̄cubit⁹/aut quelibet alia coopatio .

Permoneo . mones . nui . itū . a per ⁊ moneo
nes . componitur . parfaitemēt amōnelter/
enhorter/consellier . inde Permonitus . ta .
tum . parfaitemēt amōnelte .

Permoueo . es . ui . otū . a per et moueo . es .
cōponitur . parfaitemēt mouuoir/ou esmou-
uoir/molester . inde Permot⁹ . ta . tū . scdm
papiā . i . territus/conlternatus/atonitus/
qsusus/pturbatus/perculsus/obltupefact⁹

Permulgeo . ges . si . sum . partraire/cōme
lait de baches . et q̄po² a per ⁊ mulgeo . ges

Permulgo . gas . atum . non credo sic esse / s̄
pmulgo . gas . papias sic ait/permulgatū .

.i. in omni noticia ⁊ toti⁹ bulgi itimatum .

Permutō . tas . atū . i . perfecte mutare . in

Permutatus . ta . tū . permue . Permutatum
aduerbiū . i . intermixte . Permutatio . onis

Perna . ne . i . petaso/vel bassa pozci/baccon⁹
flicque de pozc/baccon .

Perneccarius . a . um . i . valde neccarius
monlt neccaire . et q̄po² a per ⁊ neccari⁹ .

Perneco . cas . caui . vel cui . catū . vel ctū .
.i. perfecte necare . parocire . partuer .

Pernicies . cie . a perneco . cas . d̄ . i . mozs/
interitus . la mozt/ou destruction . papias
dicit/pernicies pernaciei . morbus/vel per-
ditio/malicia/mozs . inde Perniciosus . sa .
sum . i . moztifer/letalis/pernicie plenus . et
comparatur . moztel . vnde Perniciose ad-
uerbiū . i . moztaliter . moztellement . leta-
liter . et comparatur . Perniciositas . tatis .
moztalite/destruction . Item pernicies . ciei
velocitas pedum . p̄snellete / legierete de
pies . et dicitur a pernix quod est velox .
Pernicialis et hoc . le . i . moztalis . vñ Per-
nicialiter aduerbium . Pernicialitas . tatis
.i. moztalitas . papias dicit / perniciosum/
lugubre/luctuosum/calamitosum/exiciale/
flebile/funestum/triste/periculosum / pestu-
ferum/exiciosum/ferale /valde nociuū . Itē
perniciosus/subdolos/iuitus / nequam/per-
niciosus qui dat operam/vt perdat aliquē .
vnde et perniciosus dicit / pernicios⁹ velox
nociuus/omnia illa dicit papias .

Pernix pernecis . a perneco perneccas dirū
uatur . penultima correpta . i . perniciosus/
destructor . comparat̄ sioz/sissimus moztel
nuisabile . vnde Perniciter aduerbium . cō-
paratur sius/sissime . moztellement / nuisi-
blement . Pernicitas . tatis . idem est quod
perniciositas/destructio/interitus . moztal-
ite/destruction/mozt . Item a pernitōz per-
niteris/quod componitur . a per et nitōz ni-
teris diriuatur Pernix . icis . penultima p̄
ducta in obliquis . i . perseuerās in conatibz
agilis/leuis/celer/perseuerās/velox ⁊ pzo/
prie in pedibz . comparatur /cior/cissimus .
isnel . vnde Perniciter aduer . velociter/ce-
leriter/leuiter . cōparat̄ eius/cissime . Per-
nicitas . tis . i . velocitas/celeritas . p̄snellete
de pies . Pernicies . ei . id . i . velocitas / sed
pernicies est pedū et etiā pernicitas / celeri-
tas vero ⁊ velocitas / est pēnarū vel velox .
Cler⁹ Pro p̄nice citū p̄ p̄nice dico nociuū .
Pernitōz p̄rimū p̄neco dat reliquū / Qui ne-
cat ⁊ pernix / festinat currē p̄nix . Pap. dicit
pnix/velox/pseuerās / celer / percit⁹/pnix/
iterdū velox / iterdū pseuerans . Perniciter
aduer . velociter / p̄nici⁹ veloci⁹ . Pernicitas
velocitas/agilitas/celeritas / p̄peratio / fe-
stinatio . peznicitas / leuitas pedū / velocitas
est velozum .

Pernitōz . eris . a per ⁊ nitōz . teris cōponit̄ .
.i. pfecte niti:ambulare ⁊ est proprie pedū .

parfaitemēt soy effozcher a aler leigezēmēt
 Pernocto. ctas. au. atū. a per et nocto. as
 componitur. et 3 pernoctare/quasi per totā
 noctē bigilare. veiller de nuyt. ide Perno/
 ctamē. inis. i. excubamē/bigilamē. veille/
 mēt. Pernoctās. antis. i. bigilans. veillāt
 de nuyt. Pernoctāter aduerbiū. veillāment
 Pernoctātia. tie. i. bigilantia.
 Pernoſco. ſcis. noui. notū. a per et noſco cō
 ponitur. i. balde et perfecte noſcē. mōlt/ou
 parfaitemēt cōgnoistre.
 Pernox. ctis. a pernocto. ctas. dī. veillāt
 et proprie de nuyt. bigilans de nocte. pāp.
 dicit/pernox/bigilans/peruigil/pertinax.
 Pero. omis. quoddā calciamētū ruſticozū
 amplū et altū/quod alio noie dī culponeus
 Peronatus. a. ſū. i. peronibus calciatus.
 Peroptimus. ma. mū. a per et optim⁹ cō/
 ponit. tresbon. pefecte bon⁹. parfaitemēt
 bon. Peroptime aduerbiū. tresbien.
 Peropto. pſas. au. atū. ex per et opto. as.
 componit. i. perfecte optare. parfaitemēt
 ſouhaitier/defirer.
 Perozo. ozas. ex per et ozo. as. componit.
 i. perfecte vel balde ozare. i. cū perfectōe
 vel effectu/ſcilz ozatione ipetrare/qd petiū
 ad effectū ducē. parfaitemēt ozet/impetrer
 par ozoisō ce q on demāde/et mener en effect
 Perofus. ſa. ſū. ex per et ofus cōpoitur. i.
 balde vl perfecte odiēs/odibilis. haineulx
 qui hait parfaitement. Perole aduerbium
 haineuſēmēt. odibiliter. papias dicit/pero/
 ſū/odioſum/odio habitū.
 Perouanter aduerbium. fulgenter/pictim
 bernanter/ornate/fulgide/lucide.
 Perparcus. ca. cū. i. balde parcus. monlt
 eſchars/monlt auer. parc⁹ vltra modum.
 Perparce aduerbium. i. nimis ſtrictē.
 Perpaucus. ca. cum. a per et paucus dicit
 i. balde paucus. mōlt poy/monlt petit en
 nombze. vt dicitur omēs iſti ſunt perpauci
 Perpello. lis. perzuli. ſum. a per et pello.
 lis. componitur. i. perfecte pellē. parfaite
 ment bouter/ou hurer. vnde verbalia.
 Perpendicularum. li. inſtrumētū eſt cēmēta/
 riozū quod alio noie dicitur amuſſis. i. plū
 batū quod ipſi dimittunt a perpendicularum
 equalitatē muri. et dicit a perpendo. dis.
 plonc a machō qui tiēt ou pent a vne corde
 a meſurer le mur pour le faire droit. vnde

perpendicularis et hoc. re. dī illa linea que
 ſurſū vel deozſum recte dirigitur. Perpen/
 diculariter aduerbium. Itē perpendicularū
 dicitur illud in quo lebetes ferūtur et pen/
 dūtur. ſed in iſta ſignificatione dicitur per/
 pendiculū. li. a perpendeo. des. qz in eo le/
 betes perpendent.
 Perpendo. dis. di. ſū. a per et pendo. dis.
 componitur. et eſt equiuocū ad plura. i. in/
 telligere/considerare/aiaduertere/percipē
 trutinare. entendre/considerer/appercevoir
 ou peſer en balance. papias dicit/perpendē
 i. perpenſare/metiri/eſtimare/exiſtimare
 libzare. vnde verbalia. Perpenſilis et hoc
 le. a per et penſilis componitur. i. balde le
 uis. et corripitur. Perpenſiliter aduerbiū
 monlt legierement. Perpenſilitas. atis.
 Perpera. pere. a peruerto. tis. quali per/
 uertera. i. morbus qui peruertit faciem. vñ
 ſepe ponitur pro peruerſitate. vnde perpe/
 rus. pera. perū. i. peruerſus. ſa. ſum. pra/
 uis non rectus. peruers/mauuais/nō droi/
 turier. Perpere aduerbium qualitatis. i.
 peruerſe/male/pzaue/nō recte. peruerſemēt
 mauuiſement/non droitement. Perperam
 etiam ſepe ponit aduerbialiter p perpe. id.
 Perpes perpetis. penultima correpta. i.
 perpetuus. et dicitur a perpetioz. peteris.
 pardurable/perpetuel.
 Perpeſſiuus. peſſiua. peſſiuū. qui frequen/
 ter aliquid patitur. et dicitur a perpetioz.
 peteris. qui ſouffre ſouuēt aulcune choſe.
 Perpeſſus perpeſſa. peſſum. i. balde / vel
 diu paſſus. et eſt participium de perpetioz
 perpeteris. q a mōlt ou lōguemēt ſonffert.
 Perpeſſio perpeſſionis. longue ſouffrance
 papias etiam dicit/perpeſſus 3. i. ſuſtinuit
 tolerauit.
 Perpeti. penultima correpta eſt infinitiu⁹
 de perpetioz perpeteris. i. tolerare/vel bal
 de/vel diu pati. papias dicit perpeti/ferre/
 pati/ſuſtinere/tolerare/durare/perferre.
 Perpetim aduerbium. a perpes dicitur. pe/
 multima correpta. i. prolixē/continue/per/
 petue. longuement/prolixement / pardura
 blement/continuellement.
 Perpetioz perpeteris perpeſſuſū perpeti.
 ex per et patioz pateris componitur. i. diu
 vel balde patioz. et mutatur/a/in/e/correp
 tam. longuemēt ſouffrir/endurer/tolerer.

Perpetro. fras. atū. ex per et patro. fras. compositur. i. peragere/committere/et proprie in malo capere/et 3. verbum actiuū. et corripit penultima. perpetrer/faire/comettre come mal/pechie/mauuaistie. inde Perpetratus. ta. tū. perpetre/fait/comis. sicut peccatum Perpetratū. ti. i. commissū/ptm. pechie. Perpetratio. onis. perpetremēt. Perpetuus. a. ū. a perpetioz. eris. i. quod nūq̄ habebit finē/sed habuit principium vt aie et angeli. pardurable. et cōparat magis Perpetuus/perpetuissimus. Perpetue aduerbium. perpetuellemēt. et cōparatur magis/perpetue/perpetuissime. Perpetuitas tis. i. status vite quem habet aliqua res ex eo qd̄ habuerit p̄cipiū sed nō sit habitura finē. pp̄tuite / pardurablete. Perpetuo. as atū. i. perpetuū facere. faire perpetuel/paz durable. Et etiā perpetuo sepe ponit aduerbialiter pro perpetue. Perpetuatus. ta. tū qui est fait perpetuel. pap̄ dicit perpetuare. i. cōiūgere. Perpetualis et hoc. le. i. perpetuus. Perpetualiter aduer. i. perpetue. Perpetuitas. tis. et Perpetualitas idem. Perpiger. gra. grū. ex per et piger 2po². i. valde piger. monlt perecheulx/lent/miche. Perpinguis et hoc. gue. a per et piguis cōcomponit. i. valde pinguis. monlt gras. Perplexus. xa. xū. a per et plexus pro flexus cōponitur. i. implicit⁹/irretit⁹/iuolut⁹ colligatus/obscur⁹. empesche/enlachie/ēue loppe ēsemble lie/obscur. Perplexe. et Perplexiter aduerbia/irretite. Perplexitas. is enlachment/enueloppemēt/ou obscurte. Perpauis aduerbiū. pardeuant. et pertinet ad tēpus. et sūt due dictiones/sclz per et p̄i⁹ Perproperus. ra. rū. a prope diriuat p̄perus. ra. rū. penultima correpta. i. festinus et citus. inde cōponitur. perproper⁹. i. valde properus. mōlt hatif/isnel. etiam. i. antep̄perus. Perpulcher. chza. chzū. i. valde pulcher. mōlt beau. et 2poitur a per et pulcher. Perquiro. ris. perquisim. i. pefecte vl̄ valde querere. et cōponitur a per et quero. ris parfaitemēt/ou mōlt querir/enchercher. demander. inde Perquisitus. ta. tū. perqs Perrar⁹. ra. rū. i. valde rar⁹. mōlt cler. et componitur a per et rarus. ra. rū. Percisco. scis. scere. dicit pap̄. i. percogno

scere/aut scire. parfaitemēt congnoistre/ou scauoir. et cōpo² a per et scisco. is. ichoatiūū de scio. scis. Percit⁹. ta. tū. i. valde scit⁹. mōlt saige. et 2po² a per et scit⁹. p/s/in p̄ima syllaba. qz percit⁹ sine/s/aliud est. i. valde citus/velox. Percscribo. bis. psi. ptū. in Percscrip⁹. a. ū. et Percscriptio. onis. i. diffinitio. scdm pap̄. Percscutoz. aris. atū. ari. a per et scrutoz. aris. cōpo². parfaitemēt encherchier/in Percscutās. antis. i. perfecte scrutans subtiliter icipiēs/siqures/uestigans. Percscrutatio. onis. ēcherchmēt. Percscrutāter aduerbiū. i. subtiliter. Percsentio. sentis. sēsi. sū. a per et sentio. is cōpo². i. perfecte sētire. ē tēdre/apercevoir in. Percsentisco. sentiscis. ei⁹ ichoatiūū. Percsepe aduerbiū. i. sepissime sēper. et pro ducit/se/tressomēt/ou tousiours. Percsepolis. lis. ciuitas et quā per⁹ cōdidit Percsedulus. la. lū. i. perfecte sedulus. Percsemlis et hoc. le. vt d̄ ego sum persemlis e tatis. de tresgrāt aage. Percsequoz. eris. cutū. scq̄. a per et sequoz 2po². i. perfecte scq̄. psieuir. et accipit i bono/perseq̄ etiā accipit i malo. persecuter. i. scq̄ causa perdendi et nocēdi/instare /psequi persecutionē iferre angustia/vlcisci/punire dānare. Percsecut⁹. a. ū. i. pfecte secut⁹. persecute. Percsecutio. onis. Percsecutoz. ozis. psecuteur. et nō semper i malo accipitur. Percseuero. as. atū. a per et seuro. as. 2po². i. persistē/in bono p̄posito permanē. et pro ducit/be. in Percseuerās. ātis. perseuerāt en bien. 2parat. pap̄. dicit idustri⁹/labozios⁹/studios⁹/destinat⁹/idecliat⁹/stremu⁹/ardēs Percseuerāter aduer. 2parat. Percseuerātia tie. pseuerāce en biē. scdm hug. persistētia/permanētia/assiduitas/studiū/cura/laboz/ et i vir tute sicut pertinacia et i vicio. Percseueratio. onis. id. Percseuerabilis et h⁹. le. et cōparatur. Percseuerabiliter aduerbium. Percsic⁹. ci. pechier. quedā arbor. et Percsicū ci. ei⁹ fruct⁹. peche. gall. Percsicetū. ti. loc⁹ vbi persici crescūt. Percsice⁹. ea. eū. Percsiciarius. a. ū. q̄ vel q̄ vedit persica. Percsis. dis. mulier de persida. scdm pap̄ et pro ip̄a p̄ouicia siue regno ponitur. Percsisto. is. scdm. Ja. i. p̄stituerē/p̄recio statuere ad meretricādū/a per et sulto 2po²

Persistenter aduerbiū. Persistencia. tie.
 Persoleo. les. solitussū. vel sui. a per et so
 leo. es. componit. i. valde solere / assidua
 re / assiduū esse. Per solens. entis. i. assidu⁹
 cōparatur. Per solēter aduerbiū. i. assidue
 Per solentia. e. i. assiduitas. Per solit⁹. ta.
 tū. assiduat⁹. ta. tū. acoustume. frequens /
 assuetus / blitatus.
 Per solus. la. lū. i. perfecte solus sine alio.
 et componitur de per et sol⁹. la. lū. et tunc
 producit penultima. Per solus. la. lū. i. per
 solens / assiduus. et corripitur.
 Per soluo. uis. ui. utū. ex per et soluo. uis.
 componitur. i. perfecte soluere / vel reddē /
 debitū restituere. payer / restituer. in Per /
 solutus. ta. tū. parpare / restitue.
 Persona. ne. a persono. as. dicit. i. ratio /
 nabilis creature idiuidua essentia. persona
 dī quasi per se sonans. Itē persona dicitur
 hō / vel hystrio representator comediarum.
 Personalis et hoc. le. personel de personne
 bñ Personaliter aduer. Personalitas. tis.
 Personatus. tus. tui. i. dignitas / bl officii
 persōne / personnaige.
 Persono. nas. sonui. are. sonitū. ex per et
 sono. as. cōpo². i. perfecte sonare / resonare
 Personanter aduerbiū. Personātia. tie.
 Perspicax. cis. a perspicio. is. i. clar⁹ / sub
 tilis / vel perfecte plura videns / oigilās. sou
 tif. et comparatur. Perspicaciter aduerb.
 vigilanter / subtiliter. comparatur. Perspi
 cacitas. atis. i. vigilantia / subtilitas. Per
 spicacia. cie. idem
 Perspicio. cis. xi. tū. ex per et specio. is. cō
 ponitur. i. perfecte itelligere / aspicere / per
 pendere / intueri. entendre / regarder. Per
 spect⁹. a. ū. Perspect⁹. tus. tui. Perspectio
 onis. idē. Perspectum. aduer. i. visibiliter /
 vel clare.
 Perspicu⁹. a. ū. i. clar⁹ / lucid⁹ / manifest⁹ /
 cler. a opaf magis perspicu⁹. Perspicue ad
 biū. clare / manifeste. cōparatur. Perspicui
 tas. tis. claritas / manifestatio.
 Perspicoz. aris. atussū. ari. i. pspicē. regar
 der. et dī a perspicio. is. Perspicabilis et
 hoc. le. Perspicabiliter aduerbiū. Pespica
 bilitas. tatis.
 Persto. as. stiti. are. a per et sto. as. cōpo².
 i. perfecte stare. in pposito perseverare / du
 rare / persistere / permanere. durer. in Per /

stās. stantis. permanēs / perseverās.
 Perstringo. gis. xi. ctū. i. perfecte strin
 gere / leuiter tāgere / sūmati dicē / parū bul
 nērare. estraide / ou dire buefument.
 Persuadeo. des. si. sū. a per et suadeo. des
 cōponit. i. perfecte suadere / admonē / hozta
 ri / cōsulere / effectū suasionis optinere / i sua
 dēdo effectū habere. admōneiter / cōseillier
 Persuasibilis. et hoc. bile. Persuasibiliter
 aduer. alias Persuadibiliter. Persuasibili
 tas. atis. alias Persuadibilitas. Persuas⁹
 sa. sū. admōneite. Persuasū est. liquet / ap
 paret / certū est / factū est. Persuasio. onis.
 Perfus. si qdā rex fuit q quādā terrā debel
 lauit / q ei⁹ noie dicta ē persia. tie. et hec per
 fis. sidis. a hec persida. de. bñ Perseus. ea.
 eū. a persic⁹. ca. cū. a hic et hec per sa perse
 secundum hugutionem.
 Perterreo. es. rui. ritū. ex per et terreo. es
 componitur. i. perfecte / vel valde terrere /
 parfautemēt espouāter. ide Perterrit⁹. ta.
 tū. tres espouante. a cōpo² Jmperterritus
 a. un. i. securus / audax / non perterritus.
 Perterrefacio. refacis. ci. factū. i. facio.
 perterrere. faire paour / espouanter.
 Perterrefio. is. eltre espouāte. perterrit⁹
 fio. Perterrefaci⁹. a. ū. espouāte.
 Pertelus. a. ū. i pertedet dī. i. odio⁹ / tedio
 sus / permolest⁹ / exol⁹. et potest qpoi ex per
 et telus. sa. sum.
 Perteto. as. tū. ex per et tēto. as. frequēta.
 de teneo. nes. i. frequēter tenē / explotare / sū
 m / p / Et scōz pap. i. ymouē / per qre / iquirē.
 Pertēdo. dis. di. sū. bl. tū. i. perfecte ten
 dere / vel perueire. scōm pap. pertēdit / pueit
 Pertica. ce. virga longa. perche. et habet
 decem pedes in longitudine.
 Pertinax. cis. a pertineo. es. dī. i. ipudēs
 dur⁹ / obstinat⁹ / impoztunus / obluclās / rigi
 dus. obltine / dur. comparaf. Pertinaciter
 aduerbiū. obltineemēt. cōparatur. Pertina
 cus aduer. rigidius / durius / acruus. Perti
 nacitas. atis. i. duricia / ipudētia / iprobitas
 assiduitas / perseverātia / s3 perseverātia a in
 virtute. pertinacitas a in malo. Pertinacia.
 cie. obstination / ruderie.
 Pertineo. es. ui. tentū. i. perfecte tenē. ap
 par tenir. attenir. ptinet ad me / iterest mea a
 sic est ipersonale. Pertinēter aduer. attenā
 mēt. in Pertinētia. e. attenāce / appar tenāce
 A v

Pertinens. entis. componitur **Impertinens**.
 .i. nō pertinēs. et comparatur. bñ Imper-
 tinenter et impertinentia.
Pertundo. dis. tudi. tū. a per et tundo.
 dis. cōponitur. i. perfecte tundere/percutē/
 confringere/perforare. inde **Pertusus**. sa.
 sū. i. perforatus/contract⁹. troue.
Perturbo. bas. atū. perfecte turbare/mo-
 uere/terrere. perturbat⁹. a. ū. territus/attonit⁹/
 consternat⁹. **Perturbatio**. onis. passio/mo-
 tus ai/tumultus. perturbation.
Peruado. dis. si. sū. i. perfecte vadere. i.
 pergere/perābulare/a nobis ire.
